ambiguus, zweideutig, doppelſinnig, Zweifel: A. cum ambiguum aliquid pro certo concesseris; inv I 88. ut effugiamus ambiguum nomen invidiae; Tusc III 20. quod erant multa (oracla) ambigua; div I 116. cum scriptum ambiguum est, ut duae sententiae differentes accipi possint; Top 96. sine ambiguo verbo aut sermone; de or III 49. verba ambigua distinximus; orat 102. — B, I. ambigua sunt in primis acuta atque in verbo posita, non in re; de or II 253. — II, 1. ambigua primum videre, deinde distinguere; Bru 152. ego non habui ambiguum; ep XI 11, 1. — 2. ex ambiguo nascitur controversia, cum, quid senserit scriptor, obscurum est inv II 116. in quo nulla

potest esse nisi ex ambiguo controversia; de or II 110. — III. in quo, quod est ambiguorum proprium, res duas significari videmus; orat 121. — IV. illud ipsum, quod scriptum a sententia discrepat, genus quoddam habet ambigui; de or II 110. ambiguorum plura genera sunt; de or II 111. genus est quoddam ambigui, quod ex praeterito verbo fieri solet; orat 121. sunt ambigui duobus adversariis praecepta communia; part or 132. V, 1. hic ambiguo ludimur; fin IV 75. — 2. ut in ambiguis disceptetur, quid maxime significetur; part or 108.

ambio, herumgehen, umkreiſen, angehen: I. petamus, ambiamus; Phil XI 19. ille (Clodius) demens vicatim ambire; A IV 3, 2. — II. (populus) facit eos, a quibus est maxime ambitus; Planc 9. ut terram lunae cursus proxime ambiret; Tim 29.

ambitio, Bewerbung, Ehrgeiz, Gunſtbefliſſenheit, Parteilichkeit: I, 1. quod me ambitio et forensis labor ab omni illa cogitatione abstrahebat; Sulla 11. in quo uno (Domitio) maxime ambitio nostra nititur; A I 1, 4. dum me ambitio (tenebat); Ac I 11. — 2. quo (tempore) haec, sive ambitio est sive liberalitas, non fuerit; Muren 72. — II. tanta ambitione provinciae totius in uno cubiculo inclusa; Ver II 133. — III. si ambitionis occupatio decursu honorum, etiam aetatis flexu constitisset; de or I 1. — IV, 1. non puto existimare te ambitione me labi, quippe de mortuis; Bru 244. — 2. quos in foro, quos in ambitione res ipsa ante confecit, quam . .; de or I 78. Brutus petivit a me, ut eam (orationem) sine ambitione corrigerem, antequam ederet; A XV 1, a, 2.

ambitiose, ehrgeizig, rückſichtsvoll: cum in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam, quam honos meus et dignitas postulat; ep III 7, 4. me non † vulgare nec ambitiose scribere; ep XIII 69, 1.

ambitiosus, ehrgeizig, nach Gunſt haſchend: A. ne forte me in Graecos tam ambitiosum factum esse mirere; Q fr I 2, 4. si (fecisses), ut ambitiosi homines; Ver III 195. valent apud Caesarem non tam ambitiosae rogationes quam necessariae; ep VI 12, 2 (Caesar) cedit multorum iustis et officio incensis, non inanibus aut ambitiosis voluntatibus; ep VI 6, 8. — B. omitto, quae perferant quaeque patiantur ambitiosi honoris causa; Tusc V 79.

ambitus, Umlauf, Kreislauf, Bahn, Umkreis, Rand, Bereich, Periode, Bewerbung, Amtserſchleichung: I. ardet ambitus; A VI 15, 7. constat ille ambitus et plena comprehensio e quattuor partibus, quae membra dicimus, orat 221. comprehensio et ambitus ille verborum, si sic *περίοδον* appellari placet, erat apud illum (Crassum) contractus et brevis; Bru 162. ambitus redit immanis; numquam fuit par; Q fr II 14, 4. ambitus ita apertam vim habet, ut aut accusetur improbe aut defendatur; ep III 11, 2. insistit ambitus modis pluribus; orat 212. posteaquam est nata haec vel circumscriptio vel comprehensio vel continuatio vel ambitus, si ita licet dicere; orat 208. redit: ſ. est. cum se octo ambitus confectis suis cursibus, ad idem caput rettulerunt; Tim 33. videtur: ſ. II, 1. excito. — II, 1 accuso: ſ. I. habet. arguti certique et circumscripti verborum ambitus conceduntur; orat 38. ex utraque re stellarum rotundi ambitus cognoscuntur; nat II 49. concedo: ſ. circumscribo. contraho: ſ. I. est. defendo: ſ. I. habet. dico: ſ. **circumitus,** II. dico. is ambitus excitari videtur, ut ego omnia pertimescam; ep XI 17, 1. quae (membra) si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus; sic enim has orationis conversiones Graeci nominant; de or III 186. — 2. si qui, cum ambitus accusabitur, manu se fortem esse defendet; inv I 94. id solum esse ambitus aedium; Top 24. — 3. de ambitu cum atrocissime ageretur in senatu multos dies; Q fr II 15, 2. de ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem atque benignitatem ab ambitu atque largitione seiungere; de or II 105. Sestius ab indice Cn. Nerio Pupinia *de* ambitu || ambitus, al. || est postulatus; Q fr II 3, 5. — III, 1. nec, si sibi semel periculum ambitus subeundum putaret, ipse alterum iterum ambitus crimine arcesseret; Cael 16. vehementer gratulor de iudicio ambitus; ep III 12, 1. legem ambitus flagitasti; Muren 46. periculum: ſ. crimen. candidati consulares omnes rei ambitus; A IV 18, 3. — 2. quod hic adsecutus est legis de ambitu praemio; Balb 57. — IV, 1. animus a medio profectus extremitatem caeli a suprema regione rotundo || rut. || ambitu circumiecit; Tim 31. meae (aures) perfecto completoque verborum ambitu gaudent; orat 168. — 2. de: ſ. II, 3. seiungo ab. totone in ambitu verborum numeri tenendi sint; orat 199.

ambo, beide: A, 1. uti C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, imperent, ut . .; Phil IX 16. mihi cum viris fortibus ambobus est amicitia; Cluent 117. — 2. duae res vehementer in praetura desideratae sunt, quae ambae in consulatu Murenae profuerunt; Muren 37. quarum ambarum rerum cum medicinam pollicetur; fin II, 70. — B. hosce ambos || ambo || tibi sic commendo, ut . .; ep IX 13, 2. quorum exstant amborum orationes; Bru 94. quos quidem ego ambo unice diligo; ep V 8, 4. — C, **a.** ut plurimum tribuatur ambobus; Bru 83. — **b.** qui utrumque probat, ambobus debuit uti; fin II 20.

ambrosia, Götterſpeiſe: cum (Catulus) ita dicat ipse, ut ambrosia alendus esse videatur; de or II 234. non ambrosia deos aut nectare laetari arbitror; Tusc I 65.

ambulatio, Spaziergang, Gang, Wandelhalle: I, 1. ut ambulationem postmeridianam conficeremus; fin V 1. nostram ambulationem velim invisas; A IV 10, 2. — 2. haec ambulationibus Compitaliciis reservermus; A II 3, 3. — 3. cum in ambulationem ventum esset; de or I 28. — II. quod (cubicula) erant loco posita ambulationis uno latere; Q fr III 1, 2. neque est hoc munus huius ambulationis antemeridianae; de or III 121. ambulationis postes nemo umquam tenuit in dedicando; dom 121.

ambulatiuncula, kleiner Spaziergang, Wandelhalle: 1. tecta ambulatiuncula addenda est; A XIII 29, 2. — 2. cum una ambulatiuncula (nostra) omnes fructus provinciae non confero; ep II 12, 2.

ambulo, gehen, umhergehen, luſtwandeln, reiſen, marſchieren, durchwandern: I. qui eius artis adrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant; de or I 246. cum in sole ambulem; de or II 60. ut in porticu Pompei potius quam in campo ambulemus; fat 8. eo modo ambulat Caesar, ut . .; A VIII 14, 1. si recte ambulaverit is, qui hanc epistulam tulit; A IX 4, 3. naturae ista sunt non artificiose ambulantis, ut ait Zeno; nat III 27. iste pater familias cum ambularet in agro; Tul 19. ut philosophi ambulant, has (litteras) tibi redditum iri putabam prius; A VII 1, 1. — II. cum (Xerxes) tantis classibus maria ||mari|| ambulavisset; fin II 112.

amburo, verſengen, verbrennen: hic sociorum ambustus incendio; Ver I 70. ut sine imaginibus, sine cantu atque ludis amburetur abiectus; Milo 86. incendio Plaetoriano quod Seius ambustus est; A V 20, 8. cuius (Herculis) corpore ambusto; Sest 143.

amens, ſinnlos, unſinnig: tamne amens eram, ut putarem . .? Sulla 45. tu, o vaecors et amens; Piso 21. homo audacissime atque amentissime; Ver III 126. init consilium importuni atque amentis tyranni; Ver V 103.

amentatus, mit Schwungriemen: cum amentatas hastas acceperit; de or I 242. ut hastae velitibus amentatae traduntur; Bru 271.

amentia, Sinnloſigkeit, Wahnſinn: I, 1. quae est ista tanta audacia atque amentia? Ver I 54.

vicit timorem audacia, rationem amentia; Cluent 15. — 2. summam amentiam esse existimabat, quod scriptum esset rei publicae [salutis] causa, id non ex rei publicae salute interpretari; inv I 69. — II, 1. ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam, ut . .; Milo 86. quod animi adflectionem lumine mentis carentem (maiores) nominaverunt amentiam eandemque dementiam; Tusc III 10. videte hominis amentiam; dom 40. — 2. te in istam amentiam incidisse; Ver III 186. III. convenisse eodem complures eiusdem amentiae scelerisque socios; Catil I 8. — IV, 1. ita flagrare coepit amentia, ut . .; Cluent 12. — 2. religiones violatae consistere eius animum sine furore atque amentia non sinunt; Ver I 7.

amica ſ. **amicus,** B, **b.**

amice, wohlwollend, freundſchaftlich, freundlich: ut amice audiamur; part or 28. quos (Torquatos) tu erga nos amice et benivole ‖ benev. ‖ conlegisti; fin I 34. facis amice; Lael 9. M. Caecilium cum illo (Verre) familiarissime atque amicissime vivere; div Caec 29.

amicio, bekleiden: quos videtis velis amictos, non togis; Catil II 22. ſ. **amiculum,** II.

amicitia, Freundſchaft: I. **Subject:** qui (Epicurei) verentur, ne, si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur; fin I 69. amicitia res plurimas continet; Lael 22. amicitia (est) voluntas erga aliquem rerum bonarum illius ipsius causa, quem diligit, cum eius pari voluntate; inv II 166. quae amicitia potest esse inter ingratos? Planc 80. hominum caritas et amicitia gratuita est. quanto igitur magis deorum! nat I 122. hic multum valuit vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi et Quinto fratri cum Caesare fuisse; ep I 9, 12. illae ambitiosae nostrae fucosaeque amicitiae sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent; A I 18, 1. ex quo exardescit sive amor sive amicitia; utrumque enim dictum ‖ ductum ‖ est ab amando; Lael 100. unde et amicitia exsistebat et iustitia atque aequitas; Ac I 23. ut amicitia nostra, quae summis officiis ab utroque culta est, sed longis intervallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius; ep XV 14, 2. ſ. est; A I 18, 1. a natura mihi videtur potius quam ab indigentia orta amicitia; Lael 27. valet: ſ. est; ep I 9, 12. videtur: ſ. claudicat. oritur. II, 1. peto. ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? leg I 49.

II. **nach Verben:** 1. amicitiae caritate et amore cernuntur; part or 88. coluit ipse (Epicurus) amicitias; fin II 80. ſ. I. habet. idcirco amicitiae comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur; Sex Rosc 111. confirmo: ſ. I. habet. quae fuit umquam amicitia consularium in nostra civitate coniunctior? ep III 10, 10. cavendum erit, ne non solum amicitiae despositae, sed etiam inimicitiae susceptae videantur; Lael 77. tales amicitiae sunt remissione usus eluendae et, ut Catonem dicere audivi, dissuendae magis quam discindendae; Lael 76. expeto: ſ. I. claudicat. illud pro nostra non instituta, sed iam inveterata amicitia cures; ep III 9, 4. ea (institia) amicitia in benivolentia nominatur; par or 78. ex quo (amore) amicitia nominata est; Lael 26. fructus ad amicitiam adiungimus, ut eorum quoque causa petenda videatur; inv II 167. mihi propono fructum amicitiae nostrae ipsam amicitiam; ep III 13, 2. amicitiam fidemque populi Romani secuti sumus; Ver V 124. qui amicitiam e vita tollunt; Lael 47. violata amicitia est; prov 43. — 2. religio et fides anteponatur amicitiae; of III 46. est, quatenus amicitiae dari venia possit; Lael 61. — 3. adiungo ad: ſ. 1. peto. tyrannus petivit, ut se ad amicitiam tertium ascriberent; of III 45. cum totum te ad amicitiam meam contulisti; ep XI 29, 2. quod (Thermitani) semper in amicitia fideque mansissent; Ver II 90. si eum (Anchialum) in amicitiam tuam receperis; ep XIII 23, 2. hoc libro ad amicum amicissimus scripsi de amicitia; Lael 5. quantum boni sit in amicitia; Lael 23.

III. **nach Adjectiven:** 1. ut et monere et moneri proprium est verae amicitiae; Lael 91. — 2. digni sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur; Lael 79. — 3. quod multi Epicurei fuerunt in amicitiis fideles; fin II 81. qui ad amicitias ‖ amicitiam ‖ essent idonei; Lael 62.

IV. **nach Substantiven:** 1. quis est iste amor amicitiae? Tusc IV 70. ista memoria et caritas amicitiae indicat innatam esse homini probitatem gratuitam; fin II 99. benivolentiam, qui est amicitiae fons a natura constitutus; Lael 50. qua commendatione quasi amicitiae fores aperiantur; ep XIII 10, 4. fructus: ſ. I, 1. propono. haec prima lex amicitiae sanciatur, ut ab amicis honesta petamus; Lael 44. memoria: ſ. caritas. amare, e quo nomen ductum amicitiae est; fin II 78. non oblivione amicitiae nostrae ad te nullas litteras misi; ep V 17, 1. omnibus officiis amicitiae diligenter a me sancteque servatis; ep V 17, 3. quanta vis amicitiae concordiaeque sit; Lael 23. 2. cuius (Laelii) tota disputatio est de amicitia; Lael 5.

V. **Umſtand:** 1. ex quo ipse mundus se concordi quadam amicitia et caritate complectitur; Tim 15. ut coniuncti amicitia maneremus; prov 40. — 2. grave est vere accusari in amicitia; Muren 7. pro: ſ. II, 1. instituo.

amictus, Umwurf, Tracht, Mantel: I, 1. nihil est facilius quam amictum imitari alicuius aut statum aut motum; de or II 91. — 2. mihi amictui est Scythicum tegimen; Tusc V 90. — II. (Saturninus) ipso amictu capiebat homines; Bru 224.

amicula, Liebchen: cum (Memmius) esset cum eo (Largio) Tarracinae de amicula rixatus; de or II 240.

amiculum, Umwurf, Mantel: I. (Dionysius) aureum ei (Iovi) detraxit amiculum grandi pondere; nat III 83. — II. qui (Alcibiades) visus est in somnis amicae esse amictus amiculo; div II 143.

amiculus, lieber Freund: de Docimo, amiculo meo, quid cogitatis? Ver III 79.

amicus, amica, befreundet, ergeben, zugetan, Freund, Geliebter, Geliebte: A. **bei Substantiven:** ubi saepe is, qui rei dominus futurus est, amicus adversario et inimicus tibi est; de or II 72. neminem illi civitati inimicum esse arbitror, qui amicus sit huic civitati; Phil VIII 19. amicior causae quisquam inveniri potest quam filius? Phil X 16. nec me benivolentiori cuiquam succedere nec te amiciori potuisse provinciam tradere; ep III 3, 1. ut ego amicior invenirer Phrygum et Cilicum aerariis quam nostro; ep VII 1, 6. quem (C. Durouium) amicissimum Miloni perspexeram; A V 8, 2. praeterea de consularibus nemini possum aut studii erga te aut amici animi esse testis; ep I 7, 3. is cum amicus et socius populi Romani esset, amicissimo patre, avo, maioribus; Ver IV 67. praetores habemus amicissimos et acerrimos cives; Q fr I 2, 16. consolabor illam fidelissimam atque amicissimam nobis civitatem; Balb 44. numquam ab eo mentio de me nisi plena amicissimi desiderii; Phil II 39. quae (fortuna) amica varietati constantiam respuit; nat II 43. quo (L. Lucilio) hominem neminem potuisti mihi amiciorem mittere; ep III 5, 1. maiores, pater: ſ. avus. Macedonia, fidelis et amica populo Romano provincia; Font 44. quae successori coniunctissimo et amicissimo commodare potest is, qui provinciam tradit; ep III 3, 1. ille noster amicus, vir mehercule optimus et mihi amicissimus, sane tibi iratus est; A I 8, 1.

B. **allein: a. masc.** (vgl. A. alqs): I, 1. hcc cum

ipse tum eius amici necessariique omnes cognorunt; Cluent 161. se in fugam conferunt una amici advocatique eius metu perterriti; Caecin 22. quod Halaesini, antiquissimi et fidelissimi socii atque amici, Romae impetrarant, ut . . ; Ver II 122. magnus ille defensor et amicus eius tibi suffragatur, me oppugnat; div Caec 23. quia modeste apud vos socius amicusque populi Romani questus est; Ver IV 18. suffragatur: ſ. oppugnat. in Gallia qui sunt socii populi Romani atque amici; Font 32. — 2. rex, cuius maiores huic populo socii atque amici semper fuerunt; dom 52. qui publice socii atque amici sunt; fin V 65. ſ. A. avus. — II, 1. nisi aeque amicos et nosmet ipsos diligamus; fin I 67. quos fidos amicos habuisset, quos infidos; Lael 53. in bonis numerabis amicos, liberos, propinquos; fin V 81. perterreo: ſ. I, 1. conferunt. quod amicum atque hospitem meum Sthenium tam crudeliter tractasses; Ver II 117. te amicum et placatum Deiotari regis arae focique viderunt; Deiot 8. — 2. A. Cluentium amicis, vicinis, hospitibus, quorum studia videtis, reddite; Cluent 202. neque solum nobis divites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis; of III 63. — 3. eodem modo sapiens erit adfectus erga amicum, quo in se ipsum; fin I 68. illum (rusticum) etiam debilem factum rem ad amicos detulisse, quorum de sententia lecticula in curiam esse delatum; div I 55. *tum Naevius* pueros circum amicos dimittit; Quinct 25. saepe incidunt magnae res, ut discedendum sit ab amicis; Lael 75. in omni re considerandum est, quid postules ab amico; Lael 76. — III. tam inops ego eram ab amicis? dom 58. — IV, 1. ut in Graecorum proverbio est, amicorum esse communia omnia; of I 51. tenuiorum et non occupatorum amicorum est ista adsiduitas, quorum copia bonis viris et beneficis deesse non solet; Muren 70. cuius in magnis catervis amicorum si fuit etiam Caelius; Cael 14. in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adaequatus; Balb 63. ſ. adsiduitas. quod eo errore careo, quo amicorum decessu plerique angi solent; Lael 10. vitam meam, quae fidelitate amicorum conservata sit, inimicorum modestia ‖ molestia ‖ non esse appetitam; Planc 71. etiam alienissimis in capitis periculis amicissimorum officia et studia praestamus; Muren 45. quod ex omnibus saeculis vix tria aut quattuor nominantur paria amicorum; Lael 15. aeque caram esse sapienti rationem amici ac suam; fin III 70. de amicorum sententia rem defert ad senatum; Milo 65. ſ. II, 3. defero ad. quae familiarium dignitas! quae studia amicorum! Sulla 73. ſ. officia. — 2. unum egregium de rege Deiotaro, populi Romani amicissimo, decretum in Capitolio fixum; Phil II 93. scito me redisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris, in gratiam; ep IX 1, 2. — V. quam ob rem tota ista res per Staienum potius quam per bonum aliquem virum ageretur et amicum necessariumque communem? Cluent 87. — **b. femin.:** I. amica corpus eius (Alcibiadis) texit suo pallio; div II 143. — II. ea, quam omnes semper amicam omnium potius quam cuiusquam inimicam putaverunt; Cael 32. — **c. neutr.:** de efficientibus nihil (est bonum) praeter amicum; fin III 55.

amissio, Verluſt: I. fore aliquando finem huius lucis et amissionem omnium vitae commodorum; Tusc II 10. tanta est omnium rerum amissio et desperatio recuperandi; ep IV 3, 2. — II. magis fugiendam censet amissionem etiam liberorum, propinquorum, amicorum; of III 26. me amissionem classis obicere; Ver V 131.

amita, Tante: quae amita huius Habiti fuit; Cluent 30.

amitto, aufgeben, verzichten, einbüßen, verlieren: isti tot viri cur Licinium de manibus amiserunt? Cael 64. quod aut effici dicendo oportet aut amitti non oportet; Bru 199. amico amisso; Bru 1. armis et impedimentis amissis; inv II 72. quae (auctoritas) amissa est; Flac 4. quarum rerum neglegentia plerasque causas et maxime privatas videmus amitti; de or II 100. civitatem nemo umquam ullo populi iussu amittet invitus; dom 78. classe illa amissa; of I 84. cuius opera omnium annorum sacra deosque patrios amiserant; Ver IV 151. quam dignitatem, quos honores, quem vitae statum amiserim; A X 4, 1. quodsi (Priamus) ante occidisset, talem ‖ accidisset, tamen ‖ eventum omnino amisisset; Tusc I 85. amisso exercitu; agr II 52. rem ac fortunas amittere; imp Pomp 19. duobus amissis fratribus; inv II 78. saepe totius anni fructus uno belli terrore amittitur; imp Pomp 15. honores: ſ. dignitatem. impedimenta: ſ. arma. quod ius amitti non potest sine magno incommodo civitatis; Caecin 75. cum minus miseri sint, qui (liberos) his temporibus amiserunt, quam si eosdem bona re publica perdidissent; ep V 16, 3. ut totam litem aut obtineamus aut amittamus; Q Rosc 10. quam (mentem) amiseras; har resp 33. ut viri boni et splendorem et nomen amittas; of III 82. querebantur amissas occasiones; A XV 11, 2. cavete, ne spe praesentis pacis perpetuam pacem amittatis; Phil VII 25. patriae causa patriam ipsam amittere; dom 98. rem: ſ. fortunas. quam (rem publicam) ego amissam puto cum vulneribus suis, tum medicamentis iis, quae parantur; A IX 5, 2. sacra: ſ. deos. (Priamus) sensum amisit malorum; Tusc I 85. splendorem: ſ. nomen. statum: ſ. dignitatem. quodsi (Caesar) populi studium amisisset, crudelem fore; A X 4, 8. cum Tarento amisso arcem tamen Livius retinuisset; de or II 273. nullum erit tempus hoc amisso; Phil III 32. quam (valetudinem) intermissis exercitationibus amiseram; ep IX 18, 3. nunc talis vir amissus est; de or I 230. omnes aut sua pertinacia vitam amiserunt aut tua misericordia retinuerunt; Marcel 21.

amnis, Strom: I. ut quosdam evanuisse et exaruisse amnes aut in alium cursum contortos et deflexos videmus; div I 38. alter sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitatior fertur; orat 39. influxit non tenuis quidam e Graecia rivulus in hanc urbem, sed abundantissimus amnis illarum disciplinarum et artium; rep II 34. — II. contorqueo, al.: ſ. I. neque Haletem, nobilem amnem, relinques; ep VII 20, 1. — III. animi labes nec amnibus ullis elui potest; leg II 24.

amo, amans, lieben, Gefallen finden, bitten, part. liebevoll, freundlich: I. nihil difficile amanti puto; orat 33. aliud est amatorem esse, aliud amantem; Tusc IV 27. urbanitatis possessionem, amabo, defendamus; ep VII 32, 2. (ad eum amorem, quem erga te habebam,) tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse; ep IX 14, 5. sed cave, amabo, quicquam cogitaris; Q fr III 9, 4. me fratri amantissimo reddidistis; sen 1. hi pueri amare et amari didicerunt; Catil II 23. in qua (causa) me lenissimis et amantissimis verbis utens re graviter accusas; ep V 15, 1. desiderium coniunctissimi atque amantissimi viri ferre nullo modo possem; Lael 104. — II, 1. equitem Romanum studiosum, amantem, observantem sui excepit; Rab Post 43. neque quemquam amantiorem tui (esse iudico); ep I 5, a, 4. amantissimum sui, summa pietate praeditum fratrem dicere . .; ep XV 2, 6. ad nos amantissimos tui veni; ep XVI 7. nihil puero illo suavius, nihil nostri amantius; Q fr III 1, 19. ſ. rei publicae. temporis. homo amantissimus patriae; Sulla 34. quod te cum mei tum rei publicae cognovi amantissimum; ep VII 3, 5. quo ex genere si quem forte tui cognosti amantiorem quam temporis; Q fr I 1, 15. — 2. cur Lysias et Hyperides amatur, cum penitus ignoretur Cato? Bru 68. qui alios amabat turpissime; Catil II 8.

quem (Lentulum) nos, quia nos diligit, in primis amamus carumque habemus; ep I 7, 11. eum a me non diligi solum, verum etiam amari; ep XIII 47. amabo te, ne adsignes; Q fr I 4, 1. amabo te, advola; Q fr II 8, 4. (Hirrus) quam se ipse amans sine rivali! Q fr III 8, 4. iam tempus est me ipsum a me amari, quando ab illis nullo modo possum; A IV 5, 3. credo hunc (Caesarem) me non amare. at ego me amavi, quod mihi iam pridem usu non venit; A IX 18, 1. sed, amabo te, perscribe mihi totum negotium; A XV 29, 3. amabo te, mi Attice, — videsne, quam blande? A XVI 2, 2. amabo te, da mihi et hoc; A XVI 16, 10. vale et nos ama vel, si id nimis est, dilige; fr E VIII 4. me aut amabis aut, quo contentus sum, diliges; fr E VIII 5. vgl. I. alqs; ep IX 14, 5. qui haec semper amasti; ep I 9, 23. cur neque deformem adulescentem quisquam amat neque formosum senem? Tusc IV 70. ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? leg I 49. quae (bestiae) ex se natos ita amant ad quoddam tempus et ab eis ita amantur, ut . .; Lael 27. volo ames meam constantiam; A II 10. horum homines nomen, orationem, vultum, incessum amabant; Sest 105. amo et semper amavi ingenium, studia, mores tuos; orat 33. quoniam quidam nobiles homines nimis amarent inimicum meum; ep I 9, 19. natura fieri, ut liberi a parentibus amentur; fin III 62. istum, ubi tu es natus, plus amabo posthac locum; leg II 4. quam (magnitudinem animi) semper amavi; ep I 7, 9. mores: ſ. ingenium. natos: ſ. bestias. nomen, orationem: ſ. incessum. pueros: ſ. I. pueri. senem: ſ. adulescentem. studia: ſ. ingenium. virtutem amavi illius viri; Lael 102. vultum: ſ. incessum. amo voluntatem; ep VII 24. 1.

amoenitas, Annehmlichkeit, Lieblichkeit, reizende Lage: I, 1. habet amoenitas ipsa inlecebras multas cupiditatum; rep II 8. — 2. quae amoenitates orarum ac litorum! nat II 100. — II, 1. nunc domus suppeditat mihi hortorum amoenitatem; Q fr III 1, 14. — 2. cum esses in ista amoenitate paene solus relictus; ep VII 1, 1. — III. in Arpinati summa cum amoenitate fluminis me refeci; Q fr III 1, 1.

amoenus, lieblich, anmutig: hac (insula) nihil est amoenius; leg II 6. tamquam in Pomptinum deverteris, neque amoenum neque salubrem locum; de or II 290. habet animi causa rus amoenum; Sex Rosc 133.

amor, Liebe, Verlangen, Liebling: I. Pompeius, nostri amores, ipse se adflixit; A II 19, 2. ab his initiis noster in te amor profectus auxit paternam necessitudinem; ep XIII 29, 1. ne amores quidem sanctos a sapiente alienos esse arbitrantur; fin III 68. non ignoro, quam sit amor omnis sollicitus atque anxius; A II 24, 1. ex quo exardescit sive amor sive amicitia; utrumque enim dictum ‖ ductum ‖ est ab amando; Lael 100. tantus est innatus in nobis cognitionis amor et scientiae, ut . .; fin V 48. fratrum tuorum singularis pietas amorque fraternus nullum me patitur officii erga te munus praetermittere; ep VI 14, 1. proficiscitur: ſ. auget. — II, 1. ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus; Arch 17. omnem tuum amorem, quo me es amplexus, confer ad eam curam; A VII 1, 2. humanitatem tuam amoremque in tuos reditus celeritas declarabit; A IV 15, 2. facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum; A XVI 16, 10. amorem eis (civibus) otii et pacis iniecit; rep II 26. Caesaris amore, quem ad me perscripsit, unice delector; Q fr III 5, 3. — 2. me Cn. Pompeius multis obsistentibus eius erga me studio atque amori semper dilexit; Piso 76. — 3. quoniam ad amorem meum aliquantum olei ‖ olim ‖ discedens addidisti; ep XV 20, 2. dicam de incredibili amore (P. Sestii) in bonos; Sest 5. quae (civitas) tibi una in amore atque in ‖ atque ‖ deliciis fuit; Ver IV 3. Dionysius mihi in amoribus est; A VI 1, 12. — III. benivolentiam non adulescentulorum more ardore quodam amoris iudicemus; of I 47. quantus sit furor amoris; Tusc IV 75. quae (epistulae) fuerunt omnes, *ut* rhetorum pueri loquuntur, insignes amoris notis; A I 13, 1. quod tibi nullum a me amoris officium defuit; Milo 100. hoc summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quod . .; Sest 49. — IV, 1. amplecti: ſ. II, 1. confero. ardebat amore illius hospitae; Ver II 116. cum Dionysius haberet etiam more Graeciae quosdam adulescentes amore coniunctos; Tusc V 58. coniuges et liberi et fratres, quamquam etiam caritate ipsa, tamen amore maxime continentur; part or 88. delectari: ſ. II, 1. perscribo. eosdem postea singulari inter se consensu et amore devinxit turpissimae vitae similitudo; Phil XI 2. qui in me pietate filius, consiliis parens, amore, ut erat, frater inventus est; sen 37. Lucius Cicero, frater noster cognatione patruelis, amore germanus; fin V 1. — 2. in amore summo summaque inopia suave esse; nat III 72. propter summam familiaritatem summumque amorem in patrem tuum; Sulla 12.

amotio, Entfernung: doloris amotio successionem efficit voluptatis; fin I 37. augendae voluptatis finis est doloris omnis amotio; fin II 9.

amoveo, entfernen, beſeitigen: adsentatio procul amoveatur; Lael 89. illud est hominis magni, cum tabellam sumpserit, libidinem, odium, invidiam, metum cupiditatesque omnes amovere; Cluent 159. Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit; Rabir 12.

amphibolia, Doppelſinn, Zweideutigkeit: hanc amphiboliam versus (Pyrrhus) intellegere potuisset, „vincere te Romanos“ nihilo magis in se quam in Romanos valere; div II 116.

amphora, Krug: I. unde cccc amphoras mellis habueris; Ver II 183. — II. Titurium Tolosae quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse, Font 19.

ample, amplius, großartig, herrlich, würdig, mehr, ferner: A. unum (genus oratorum) attenuate presseque, alterum sublate ampleque dicentium; Bru 201. exornat ample magnificeque triclinium; Ver IV 62. non est ausus elate et ample loqui; Tusc V 24. pater cum amplissime atque honestissime ex praetura triumphasset; Muren 15. — B. amplius: I. recepta causa Siciliensi amplexus animo sum aliquanto amplius; Ver II 1. a. quod desideres, nihil erit; Tusc I 24. de praetore Macedoniae nihil dicam a. nisi eum mihi amicum fuisse; Planc 99. non luctabor tecum a.; de or I 74. quid a. postulatis? Ligar 13. ego (ero) aedilis, hoc est, paulo a. quam privatus; Ver pr 37. quibus natura nihil tribuit a., quam ut ea alendo tueretur; nat II 33. quid voltis a.? Sex Rosc 32. elliptiſch: cum consules re audita „amplius“ de consilii sententia pronuntiavissent; Bru 86. antea vel iudicari primo poterat vel „amplius“ pronuntiari; Ver I 26. — II. refertae sunt orationes a. centum quinquaginta et verbis et rebus inlustribus; Bru 65. septingentos iam annos a.; Flac 63. a. sunt sex menses; Q Rosc 8. non a. quinquaginta (equites); A VI 2, 8. — III. nescio an a. mihi negotii contrahatur; Catil IV 9.

amplector, umfaſſen, umſchließen, ins Herz ſchließen, umgeben, begreifen, feſthalten, hochhalten: quod me amicissime cotidie magis Caesar amplectitur; ep VI 6, 13. ut omnia generatim amplectamur; inv II 18. recepta causa Siciliensi amplexus animo sum aliquanto amplius; Ver II 1. quae si iudex non amplectetur omnia consilio, non animo ac mente circumspiciet; Font 25. non me fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam

incidisse; ep V 8, 3. libenter amplector talem animum; ep V 19, 2. quod (Crassus) neque ita amplecteretur artem, ut ii solerent, qui . .; de or I 110. vir, qui optimam quamque causam rei publicae amplectatur; Sest 93. te rogo, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare; A XII 35. (mens) amplectitur maxime cognitionem; Ac II 31. is, qui omnia tenet, nobilitatem et dignitates hominum amplectitur; ep IV 8, 2. quod ius civile tam vehementer amplexus es; de or I 234. nobilitatem: ſ. dignitates. neminem posse omnes res per scripturam amplecti; inv II 152. est in eo genere omnes res una vi atque uno nomine amplexa virtus; inv II 159.

amplexor, umfaſſen, feſthalten, hochſchätzen: Appius totum me amplexatur; Q fr II 10, 3. quam (aequabilitatem iuris) amplexantur liberi populi; rep I 53. ut si ipsius animi cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent; fin IV 36. retinere consulem fortuna constitutum ad amplexandum otium; Muren 83. quam (voluptatem) amplexari volunt; de or III 62.

amplexus, Umſchlingung: nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu; div I 79.

amplificatio, Vergrößerung, Vermehrung, Erweiterung, Ausſchmückung: I. in hoc amplificatio potest plurimum, eaque una laus oratoris est et propria maxime; de or III 105. est amplificatio vehemens quaedam argumentatio; part or 27. est amplificatio gravior quaedam adfirmatio, quae motu animorum conciliet in dicendo fidem. ea et verborum genere conficitur et rerum; part or 53. amplificatio quamquam habet proprium locum, saepe etiam primum, postremum quidem fere semper, tamen reliquo in cursu orationis adhibenda est maximeque, cum aliquid aut confirmatum est aut reprehensum; part or 27. nocet: ſ. II. vitupero. potest: ſ. est; de or III 105. — II. adhibeo: ſ. I. habet. conficio: ſ. I. est; part or 53. peroratio habet amplificationem, cuius effectus hic ‖ is ‖ debet esse, ut aut perturbentur animi aut tranquillentur; Top 98. nec rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda est; of I 25. — III. effectus: ſ. II. habeo. — IV. in quo (genere) digressio aliqua extra causam amplificationis causa interponitur; inv I 27. retinenda iustitia est propter amplificationem honoris et gloriae; of II 42.

amplificator, Erweiterer, Mehrer: I. nec Pythagoras nominis solum inventor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit; Tusc V 10. — II. me tuae dignitatis amplificatorem cognosces; ep X 12, 5. quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meae; ep II 9, 3.

amplifico, vergrößern, ſteigern, verſtärken, hervorheben, ausdehnen, erhöhen, heben: cum a populo Romano semper sim defensus, amplificatus, ornatus; dom 88. (orator) ea dicendo amplificat atque ornat; de or I 221. extrema oratione ea, quae pro nobis essent, amplificanda et augenda, quaeque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda; de or I 143. illum impetum et quandam commotionem animi adfectionemque verbis et sententiis amplificare debebit; inv II 19. quibus in hominibus erat summa virtus et summa virtute amplificata auctoritas; inv I 5. commotionem, impetum: ſ. adfectionem. quod tuam dignitatem amplificari velim; ep XI 5, 3. nihil est ad exaggerandam et amplificandam orationem accommodatius; de or III 105. Gabinio pretio amplificato Syriam nominatim dedisti; dom 23. alteram (partem pono) in augendis amplificandisque rebus, quae ab isdem (Graecis) αὔξησις est nominata; orat 125. eorum imperiis rem publicam amplificatam; nat II 8. quod his naturis relatus amplificatur sonus; nat II 144.

amplio, vertagen: si lex ampliandi faciat potestatem; Ver I 26. cum causam non audisset et potestas esset ampliandi, dixisse sibi liquere; Caecin 29.

amplitudo, Größe, Fülle, Anſehnlichkeit, Hoheit, Herrlichkeit: I, 1. nec Aristotelem in philosophia deterruit a scribendo amplitudo Platonis; orat 5. in his (locis communibus) finis est amplitudo; inv II 51. amplitudo (est) potentiae aut maiestatis aut aliquarum copiarum magna abundantia; inv II 166. ut urbis egregia exornatio atque amplitudo; inv II 168. — 2. si maiestas est amplitudo ac dignitas civitatis; de or II 164. — II, 1. amplitudinem suae voluntatis ostendere; inv II 107. te amplitudinem tuam retenturum; ep I 4, 3. — 2. me (tuae) amplitudini, gloriae nullo loco defuturum; ep XI 5, 3. — 3. quae personis ad honestatem et amplitudinem sunt attributa; inv II 107. maxima cum gratia et gloria ad summam amplitudinem (C. Curio) pervenisset; Bru 281. — III. monumentum illa amplitudine quamvis sartum tectum esset; Ver I 131. — IV. propter has amplitudines sepulchrorum; leg II 64.

amplius ſ. **ample.**

amplus, anſehnlich, ausgedehnt, bedeutend, großartig, erhaben: (Pompeius) erat oratione satis amplus; Bru 239. quae (civitates) iam quiddam magis amplum et minus necessarium conficiunt; inv II 168. homines amplissimis populi Romani beneficiis usos; Phil I 14. omitto iam plura exempla causarum amplissimarum; de or I 181. qui Lysiam sequuntur, causidicum quendam sequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen; orat 30. ut amplae atque potentes sint civitates; inv II 169. ſ. locus. ex amplissimo collegio decemvirali sacerdotes; Ver IV 108. ea spe proposita amplissimae dignitatis; Sulla 30. aliter ampla domus dedecori saepe domino fit; of I 139. sin autem sunt amplae et honestae familiae plebeiae; Muren 15. si genere dicendi uteretur amplissimo; orat 82. P. Africanus, homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus; div Caec 69. quod ampliorem honorem alteri tribuebat quam ipse erat consecutus; prov 27. in amplissima civitate amplissimo loco natus; Ver V 122. qui amplissimum magistratum gerunt; Cato 20. (me) reduxit ordo amplissimus; prov 25. plures praemiis ad perdiscendum amplioribus commoveri; de or I 13. erat admodum amplum et excelsum signum cum stola; Verr IV 74. quoniam eius modi theatrum totius Asiae virtutibus tuis est datum magnitudine amplissimum; Q fr I 1, 42. vir omnibus rebus clarissimus atque amplissimus; dom 43.

ampulla, Salbenfläſchchen: I. ampulla sit necne sit, quis non iure optimo inrideatur, si laboret? fin IV 31. — II. si ampullam perdidisset; fin IV 31.

amputatio, Abſchneiden: sarmentorum amputatio (me delectat); Cato 53.

amputo, abſchneiden, beſchneiden, beſchränken, verſtümmeln: licet hinc quantum cuique videbitur circumcidat atque amputet; de or I 65. volo esse in adulescente, unde aliquid amputem; de or II 88. isti infracta et amputata loquuntur; orat 170. amputata circumcisaque inanitate omni et errore; fin I 44. ut membra quaedam amputantur; of III 32. narrationes aut amputandae, quae laedunt aut relinquendae, si totae sunt molestae; part or 15.

an, etwa? ob, oder, oder ob: A. **Ausſage:** cum ei (Themistocli) Simonides an quis alius artem memoriae polliceretur; fin II 104. Cn. Octavius est an Cn. Cornelius quidam, tuus familiaris, summo genere natus, terrae filius; ep VII 9, 3. nos hic te exspectamus, ex quodam rumore an ex litteris tuis; A I 3, 2. illa (legatio) Druso an epuloni Vatinio reservatur; A II 7, 3. is (Diochares) dicitur vidisse Quintum euntem an iam in Asia; A XI 6, 7. —

Hortensius me, iocansne an ita sentiens, coepit hortari, ut sententia desisterem; Ac II 63.

B. **Frage:** I. **direct:** 1. einfach: an si postem tenuerit pontifex, valebit nomen sanctissimum religionis; si tribunus plebis bona cuiusquam consecrarit, non valebit? dom 123. quid postea? an Deiotarus continuo dimisit exercitum? Deiot 19. an in eo auctoritas nihil obest? mihi quidem videtur vel plurimum; Ac II 60. an hoc non ita fit omni in populo? Tusc V 105. an vero tu parum putas investigatas esse a nobis labes imperii tui? Piso 83. — 2. disjunctiv: a. ita, credo, hoc illi nesciebant an dabat hanc consuetudo licentiam? orat 155. quid enim exspectas? bellum? an tabulas novas? Catil II 18. estne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse, deum dicam an hominem? div II 51. modum tu adhibes vitio? an vitium nullum est non parere rationi? an ratio parum praecipit . . ? Tusc IV 39. quid tandem erat actum? vexatio Macedoniae an oppidorum turpis amissio an sociorum direptio an agrorum depopulatio an munitio Thessalonicae an obsessio militaris viae an exercitus nostri interitus? Piso 40. — b. an tu me in viola putabas dicere? an Epicuro dicere licebit . . ? Tusc V 73. an lingua et ingenio patefieri aditus ad civitatem potuit, manu et virtute non potuit? an[ne] ‖ anne ‖ de nobis trahere spolia foederatis licebat, de hostibus non licebat? an, quod adipisci poterant dicendo, id eis pugnando adsequi non licebat? an accusatori maiores nostri maiora praemia quam bellatori esse voluerunt? Balb 54. quid? liberalitas gratuitane est an mercennaria? leg I 48. quid mihi auctor es? advolone an maneo? A XIII 40, 2. quid tandem erat causae, cur in senatum cogerer? solusne aberam, an non saepe minus frequentes fuistis, an ea res agebatur, ut . . ? Phil I 11. nonne ad servos videtis rem publicam venturam fuisse? an mihi ipsi fuit mors aequo animo oppetenda? Sest 47. num igitur etiam rhetorum epilogum desideramus? an hanc iam artem plane relinquimus? Tusc I 112. numquid duas habetis patrias? an est una illa patria communis? leg II 5. iam id porro utrum libentes an inviti dabant? Ver III 118. utrum causa novi consilii capiendi non fuit, an meae partes in ea causa non praecipuae fuerunt, an alio potius confugiendum fuit? dom 10. dic mihi, si vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes, utrum illudne an tuum malis? inv I 51. utrum igitur tandem perspicuisne dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tolluntur? fin IV 67.

II. **indirect:** 1. einfach: de L. Bruto fortasse dubitarim, an effrenatius in Arruntem invaserit; Tusc IV 50. testem non mediocrem, sed haud scio an gravissimum; of III 105. moriendum certe est, et ‖ et id ‖ incertum an hoc ipso die; Cato 74. nescio an amplius mihi negotii contrahatur; Catil IV 9. ac vide, an facile fieri tu potueris, cum is factus non sit, cui tu concessisti; fr A XIII 7. — 2. disjunctiv: a. hominum genus in sexu consideratur, virile an muliebre sit; inv I 35. quod dubites aequum sit an iniquum; of I 30. hoc quaeramus, verum sit an falsum; Cluent 124. omnia haec, vir an mulier, huius an illius civitatis sit, ad aliquam coniecturam faciendam pertinebunt; inv II 29. ut (mens) non internoscat, vera illa visa sint anne falsa; Ac II 48. scire velim, pro patre anne pro filio (dicar spopondisse); A XII 14, 2. — b. fingas, quem me esse deceat et ubi me plurimam prodesse rei publicae sentias, ecquae pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia; A VIII 12, 4. ut non exquirat oratione, summum illud bonum in animone sit an in corpore; de or I 222. Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putescat; Tusc I 102. cum, idemne sit an aliquid intersit, quaeritur; de or III 117. cum, quid praestet aliud alii, quaeritur, ut illud, optimine cuiusque sapientes an populari laude ducantur; de or III 117. quaeri potest, is (numerus) unusne sit an duo an plures; orat 179. in quo quaesitum est, in totone circuitu illo orationis an in principiis solum an in extremis an in utraque parte numerus tenendus sit; orat 204. nec solum utrum honestum an turpe sit, deliberari solet; of I 10. non possum existimare, utrum ipse erret an vos in errorem ducere velit; Font 2. quid interest, utrum hanc urbem oppugnet an huius urbis propugnaculum? Phil V 27. intellexi hominem moveri, utrum ‖ verum, [utrum] ‖ Crassum inire eam gratiam, quam ipse praetermisisset, an esse tantas res nostras, quae . . ; A I 14, 3. ut statuatis, utrum nos semper miseri lugeamus an aliquando per vos recreemur; Milo 4. videamus, utrum ea fortuitane sint an eo statu, quo . . ; nat II 87. id utrum illi sentiant anne simulent, tu intelleges; A XII 51, 2.

anagnostes, Vorleſer: puer festivus, anagnostes noster, Sositheus decesserat; A I 12, 4. dicitur mihi tuus servus anagnostes fugitivus cum Vardaeis esse; ep V 9, 2.

anapaestus, anapäſtiſch, Vers, n. Lied in Anapäſten: A. nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus hortatio; Tusc II 37. — B, I. ex istis modis, quibus hic usitatus versus efficitur, post anapaestus, procerior quidam numerus, effloruit; de or III 185. — II. ita factus est anapaestus is, qui Aristophaneus nominatur; orat 190. nec siletur illud potentissimi regis anapaestum; Tusc III 57.

anas, Ente: anitum ‖ anetum, anatum ‖ ova gallinis saepe supponimus; nat II 124.

anaticula, Entchen: nare anaticulas videmus; fin V 42.

anatocismus, Zinſeszins: cum ego in edicto translaticio centesimas me observaturum haberem cum anatocismo anniversario; A V 21, 11. qui (Scaptius) centesimis cum anatocismo contentus non esset; A V 21, 12.

anceps, doppelt, ungewiß, ſchwankend, unentſchieden: bestiarum terrenae sunt aliae, partim aquatiles, aliae quasi ancipites in utraque sede viventes; nat I 103. cum proelii certamen varium atque anceps fuisset; rep II 13. medius ille non extimescet ancipites dicendi incertosque casus; orat 98. cum adgredior in ancipiti causa et gravi ad animos iudicum pertractandos; de or II 186. anceps cura (est) propter incertos exitus proeliorum; ep XII 10, 3. cum esset incertus exitus et anceps fortuna belli; Marcel 15. anceps (causae genus est), in quo aut iudicatio dubia est aut causa et honestatis et turpitudinis particeps; inv I 20. propter ancipitem, quae non potest esse seiuncta, faciendi dicendique sapientiam; de or III 59.

ancilla, Magd: muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu; Milo 28. partus ancillae sitne in fructu habendus; fin I 12.

ancillaris, den Mägden zukommend: sordido ancillarique artificio regiae virgines tondebant barbam patris; Tusc V 58.

ancillula, Magd, Dienerin: I. praesto esse Virtutes ut ancillulas; fin II 69. — II. istam iuris scientiam eloquentiae tamquam ancillulam pedisequamque adiunxisti; de or I 236.

ancora, Anker: praecidi ancoras imperavit; Ver V 88. ancora soluta; A I 13, 1.

andabata, Gladiator mit verdeckten Augen: qui neque spectare essedarios (volueris), quem antea ne andabata quidem defraudare poteramus; ep VII 10, 2.

androgynus, Mannweib, Zwitter: ortus androgyni nonne fatale quoddam monstrum fuit? div I. 98.

anfractus, Krümmung, Umlauf, Umſchweif:

I. cum aetas tua septenos octiens solis anfractus reditusque converterit; rep VI 12. — II. quae (coniunctio) sit circumscripta non longo anfractu, sed ad spiritum vocis apto; part or 21. quae (figura) nihil incisum angulis, nihil anfractibus (habere potest); nat II 47.

angiportus, angiportum, Gaſſe: I. effusum frumentum vias omnes angiportusque constraverat; div I 69 — II. ut in omnibus angiportis praedonis statua ponatur; Ver II 141.

ango, ängſtigen, beunruhigen, quälen, kränken: I, 1. et invidere aegritudinis est et angi, lugere, maerere; Tusc III 83. — 2. illud angit vel potius excruciat: discessus ab omnibus iis, quae sunt bona in vita; Tusc I 83. — II. audio te animo angi et medicum dicere ex eo te laborare; ep XVI 14, 2. angor intimis sensibus; A V 10, 3. quae (Attica) me valde angit; A XIII 13, 3. me maxime angit avunculus; A XIII 42, 1. neque (animus) tot curis vigiliisque angeretur; Arch 29. — III, 1. de quo angor et crucior; A VII 22, 1. — 2. indir. Frage: vgl. 3. — 3. ante sollicitus eram et angebar, cum consilio explicare nihil possem ‖ quo uti consilio possem ‖; A IX 6, 4. fore ut angeretur, cum a fratre familiaritate vinceretur; A XII 7, 1. — 4. reliquum est, ut te angat, quod absis a tuis; ep VI 4, 3. me illa cura sollicitat angitque vehementer, quod nihil a te adfluxit; Q fr III 3, 1. — 5. peccasse se non anguntur; Lael 90. angor nullam esse rem publicam; Q fr. III 5, 4.

angor, Unruhe, Angſt: I. angor (est) aegritudo premens; Tusc IV 18. — II, 1. qui saepissime curam et angorem animi mei sermone et consilio levasti tuo; A I 18, 1. — 2. ut aegritudini (subiciuntur) angor, luctus, maeror, aerumna; Tusc IV 16. — 3. me ab omnibus molestiis et angoribus abducam; ep V 13, 5. differo ab: ſ. **anxietas.** — III. conficiuntur et angore et metu; fin I 60.

anguiculus, kleine Schlange: serpere anguiculos videmus; fin V 42.

anguis, Schlange: I. anguem ab ara exstitisse; div II 65. in Solonio, ubi ad focum angues nundinari solent; div II 66. — II. cum (ibes) volucres angues ex vastitate Libyae vento Africo invectas interficiunt atque consumunt; nat I 101. — III. si emissio feminae anguis mortem adferebat Ti. Graccho; div II 62. — IV. Gorgonis os cinctum anguibus; Ver V 124.

angulatus, eckig: esse corpuscula quaedam rotunda, partim autem angulata; nat I 66.

angulus, Ecke, Winkel: I, 1. angulum mihi aliquem eligas provinciae reconditum ac derelictum? Ver III 193. — 2. sin me ex hoc, ut ita dicam, campo aequitatis ad istas verborum angustias et ad omnes litterarum angulos revocas; Caecin 84. — II. ut terrena et umida ad pares angulos in terram et in mare ferantur; Tusc I 40. ut de iis rebus in angulis consumendi otii causa disserant; de or I 57.

anguste, eng, knapp, beſchränkt: (haec) brevius angustiusque concluduntur; nat II 20. si anguste et exiliter dicere est Atticorum; Bru 289. ut nec id faciat tam presse et anguste; orat 117. haud scio, an recte ea virtus frugalitas appellari possit, quod angustius apud Graecos valet; Tusc III 16. (Zeno) urguet angustius; nat II 22.

angustiae, angustia (ſ. I. tutatur), Enge, Beſchränktheit, Verlegenheit: I. adferunt: ſ. **anima,** III. interclusio. ut me temporis angustiae coëgerunt; de or III 228. orationis flumine reprensoris convicia diluuntur, angustia autem conclusae orationis non facile se ipsa tutatur; nat II 20. si angustiae rei familiaris; Top 112. quod incredibiles angustiae pecuniae publicae; ep XII 30, 4. — II, 1. (possent) fretorum angustiae ortu aut obitu lunae commoveri? nat II 19. — 2. quantis ex angustiis oratorem educere ausus es! de or III 126. nisi (C. Bellienus) in eas petitionis angustias incidisset; Bru 175. erat (Corinthus) posita in angustiis atque in faucibus Graeciae sic, ut . .; agr II 87. revoco ad: ſ. **angulus,** I, 2. in magnis versamur angustiis; A XV 3, 1. — III, 1. si iis angustiis (frugalitas) teneretur; Tusc III 16. — 2. in eis vel asperitatibus rerum vel angustiis temporis obsequar studiis nostris; de or I 3.

angusto, enger machen: (terra) angustata ‖ angusta ‖ verticibus, lateribus latior; rep VI 21.

angustus, eng, knapp, kurz, beſchränkt, engherzig, peinlich: A. erat angusti animi atque demissi iusti triumphi honorem contemnere; Piso 57. Antonius a minutis angustisque concertationibus ad omnem vim varietatemque vos disserendi traducendos putavit; de or III 121. pungunt quasi aculeis interrogatiunculis angustis; fin IV 7. consules, quorum mentes angustae, humiles magnitudinem tanti imperii nec intueri nec capere potuerunt; sen 10. quodsi et angusta quaedam atque concisa et alia est dilatata et fusa oratio; orat 187. alteram partem nimis exiguam atque angustam esse voluisti; Rabir 9. pontes etiam lex Maria fecit angustos; leg III 38. cum spiritus eius (Demosthenis) esset angustior; de or I 261. — B. quod ex infinita societate generis humani ita contracta res est et adducta in angustum, ut . . ; Lael 20.

anhelitus, Atem, Dunſt, Ausdünſtung: I. quem vini anhelitum fore censetis! Phil XIII 4. eos anhelitus terrae, qui frigidi sint, cum fluere coeperint, ventos esse; div II 44. — II. quae (celeritates) cum fiunt, anhelitus moventur; of I 131.

anhelo, aushauchen, ſchnauben, keuchen: »gelidum valido de pectore frigus anhelans Capricornus«; nat II 112. L. Catilinam scelus anhelantem eiecimus; Catil II 1. nolo verba exiliter exanimata ‖ animata ‖ exire, nolo inflata et quasi anhelata gravius; de or III 41.

anicula, altes Weib, Mütterchen; I. haec iam ne aniculae quidem existimant; div II 36. cum (Theophrastus) percontaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet; Bru 172.

anilis, altweiberhaft: qui eam superstitionem imbecilli animi atque anilis putent; div II 125. pellantur istae ineptiae paene aniles; Tusc I 93. ne anili superstitione obligemur; div I 7.

aniliter, altweibermäßig: neque id dicitis superstitiose atque aniliter, sed physica constantique ratione; nat III 92.

dum, während, so lange bis, wenn nur, noch: I, 1. ego in Arcano opperior, dum ista cognosco; A X, 3. dum haruspicinam veram esse vultis, physiologiam totam pervertitis; div II 37. quod ne vivus quidem diutius sentire poterat, quam dum fruebatur; fin II 106. qui primum, dum in hunc ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum, ne . .; Muren 55. dum honestas, dum dignitas, dum decus aderit; Tusc II 31. — 2. usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere; nat II 129. mihi tantum temporis satis est, dum ut in pessimis rebus aliquid caveam; A XI 19, 2. corpus gaudere tam diu, dum praesentem sentiret voluptatem; Tusc V 96. dum (Chrysippus) studiose omnia conquisierit contra sensus; Ac II 87. — 3. Melitam capessamus, dum, quid in Hispania; A X 9, 1. — II. sin autem ieiunitatem et siccitatem, dum modo sit polita, dum urbana, dum elegans, in Attico genere ponit; Bru 285. qui id numquam, dum modo otiosi essent, recusarunt; A VII 7, 5. celeriter ad comitia veniendum censeo, dum modo ne [quid] haec ambitiosa festinatio aliquid imminuat gloriae; ep X 25, 2. ego, si cui adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro; A VIII 11, B, 3. ſ. modo. philosophi summi nequedum tamen sapientiam consecuti; Tusc III 68. nihildum aliis suspicantibus, me vero iam pertimescente; de or II 203. a te nihildum certi exquiro, sed quid videatur; A VII 12, 4. vixdum epistulam tuam legeram, cum Postumus Curtius venit; A IX 2, a, 3. se praedonum duces incolumes domi suae, usque dum per me licuerit, retinuisse; Ver I 12. quoad erit integrum; erit autem, usque dum ad navem; A XV 23.

dumetum, Dickicht, Gestrüpp: I. quod cum efficere vultis, in dumeta correpitis; nat I 68. — II. vestitum vepribus et dumetis sepulcrum; Tusc V 64.

dumtaxat, wenigstens, nur: artem et praecepta dumtaxat hactenus requirunt, ut . .; de or II 119. progredi licet duo dumtaxat pedes aut paulo plus; de or III 182. ad rem publicam dumtaxat quod opus esset eloquentiae; Bru 108. hoc recte dumtaxat; Bru 285. cum is inimicus spiritu dumtaxat viveret; Quir 10. coluntur (tyranni) simulatione dumtaxat ad tempus; Lael 53. ut mihi videamur ab illo dumtaxat sordidissimo periculo tuti futuri; ep XII 1, 1. ni te in Formiano commodissime exspectari viderem dumtaxat ad pr. Nonas Maias; A II, 14, 2.

dumus, Strauch, Gestrüpp: columellam non multum e dumis eminentem; Tusc V 65.

duo, zwei: A. multo tardius fama deseret duo Scipiones, duo Africanos; Tusc I 110. praeter duo nos loquitur isto modo nemo; ep VII 25, 2. cum vos duo delegi; A IX 11, A, 2. abhinc duo et XX annos; Ver II 25. duae causae accesserunt, quae . .; ep XIII 10, 2. cum civis Centuripinus inter duo ‖ duos ‖ cives diiudicasset ‖ iudicasset ‖; Ver II 66. pina duabus grandibus patula conchis; nat II 123. de duobus honestis utrum honestius; of I 152. HS ducenta triginta duo milia; Ver I 100. duo milia nummum; Ver III 201. duabus animi temerariis partibus compressis; div I 61. restant duae perturbationes; Tusc IV 8. progredi licet duo dumtaxat pedes aut paulo plus; de or III 182. harum rerum duarum splendor; of I 67. interdictum aliquod inter duos soles esse componendum; rep I 20. demus tibi istas duas sumptiones; div II 108. plane „duorum virorum iudicium“ dico numquam; orat 156. — B, **a,** 1. duos solos adfines ei turpitudini iudicari; Cluent 127. — 2. cum duobus pares casus evenerint; Tusc III 59. — **b,** 1. quae duo plerique simul faciunt; de or II 103. duo modo haec opto; Phil II 119. — 2. quo modo dicatur, id est in duobus: in agendo et in eloquendo; orat 55.

duodecies, zwölfmal, 1,200000: quae essent SH ↀ CC ‖ duodecies ‖; Ver II 185.

duodecim, zwölf: illa membra merere per se non amplius poterant duodecim aeris; Q Rosc 28. eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulae; Tusc III 11. discebamus pueri XII ut carmen necessarium; leg II 59.

duodecimus, zwölfte: ante diem XII Kalendas Novembres; Catil I 7. duodecimum iam diem; A V 8, 1.

duodeni, je zwölf: duodena discribit in singulos homines ingera; agr II 85.

duodequadraginta, achtunddreißig: duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius; Tusc V 57.

duodequinquagesimus, achtundvierzigste: qua (oratione) anno duodequinquagesimo usus est; Bru 162.

duodetriciens, achtundzwanzigmal, 2,800000: in frumentum imperatum HS duodetriciens in annos singulos Verri decernebatur; Ver III 163.

duodetriginta, achtundzwanzig: *Lycurgus γέροντας Lacedaemone* appellavit, nimis is quidem paucos, XXVIII; rep II 50.

duodeviginti, achtzehn: solem plus quam duodeviginti partibus maiorem esse quam terram; Ac II 128.

duplex, zweifach, doppelt: »duplici de cardine vertex«; nat II 105. ut duplicem dolorem gemitumque susciperet; Vatin 19. iunctae et duplices expositiones summi boni tres omnino fuerunt; fin V 21. gemitus: ſ. dolor. ut in eis (pedibus) singulis modus insit aut sesquiplex aut duplex aut par; orat 193. ita quaestus duplex unius missionis fiebat; Ver V 62. cum duplex ratio sit orationis; of II 48.

dupliciter, doppelt, in doppelter Weise: I. dupliciter homines deiciuntur; Caecin 92. dupliciter dici adsensus sustinere sapientem; Ac II 104. — II. dupliciter esse te iniustum; Tusc III 36.

duplico, verdoppeln: superioris generis causa duplicatur; de or II 110. quem (exercitum) nos

Deiotari adventu duplicaturi eramus; A V 18, 2. cum saepius duplicaret numerum dierum; nat I 60. verba duplicata; part or 20.

duplus, zweifach, doppelt: A. secundam (partem) primae partis duplam; Tim 22. duplo et triplo intervallo; Tim 25. — B, I. nec in quadruplum (darent), sed in duplum; Tul 41. — II. dupli poenam subiret; of III 65.

dupondius, zwei Aß: si dupondius tuus ageretur; Quinct 53.

dure, hart, ſtreng: durius accipere hoc mihi visus est, quam vellem; A I 1, 4. sunt, qui dicant ⟨dure illi quidem, sed tamen dicunt⟩ minus dolendum, quod . .; Phil XII 25. ut non nulla durius, quam a te facta sint, proferantur; ep XI 27, 7.

duresco, hart werden: frigoribus astrictus || adiectis || durescit umor; nat II 26.

duritas, Härte, Unfreundlichkeit: aliqui duritatem et severitatem quandam in verbis sequntur; orat 53.

duritia, Härte, Abhärtung, Strenge, Gefühlloſigkeit: I. patientiam duritia (imitatur); part or 81. — II. qui (Antisthenes) patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat; de or III 62. nec sibi comparavit duritiam virilem; Tusc V 74. eam animi duritiam, sicut corporis, quod cum uritur, non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem; dom 97.

durus, hart, abgehärtet, ſtreng, derb, rauh, drückend, gefühllos: A. Q. Aelius Tubero ut vita sic oratione durus, incultus, horridus; Bru 117. quae dura, difficilia, adversa videantur; fin IV 59. quae (annona), quia facta erat durior; dom 15. (iudicatur genus) flexibile, durum; nat II 146. Epicuro, homini aspero et duro; Tusc II 17. nimis duras leges imponere visus es huic aetati; de or I 256. quod ille durissimis pedibus fecit; de or I 28. hoc Atilius, poëta durissimus; A XIV 20, 3. de Cn. Minucio rumores duriores erant; ep XII 25, 7. illa iniustissima et durissima servitus; rep I 68. ante haec durissima rei publicae tempora; dom 93. nec vero ullum (verbum) aut durum aut insolens; Bru 274. — B. in qua varietate duriorum accusatio suppeditabit exempla, mitorum defensiones meae; orat 131.

duumvir (vgl. duo, A. vir), Duumvir: cum in ceteris coloniis duumviri appellentur, hi se praetores appellari volebant; agr II 93. Gabinium si vidissent duumvirum vestri illi unguentarii; Piso 25.

duumviratus, Würde der Duumvirn: Capua, in qua ipsa tum imaginis ornandae causa duumviratum gerebat; Sest. 19

dux, Führer, Führerin, Anführer, Leiter, Feldherr, Rädelsführer: I, 1. tum bella gerere nostri duces incipiunt, cum auspicia posuerunt; nat II 9. praedonum ducem vivere, habitare apud te; Ver V 77. — 2. quem (virum) regendae civitatis ducem esse volumus; de or III 63. qui ipsi fuerint impietatis duces; Lael 42. ut eadem (natura) optima duce cursum vitae conficere possemus; Tusc III 2. ut se duce bellum geratur cum Antonio; A XVI 8, 1. — 3. o vitae philosophia dux! Tusc V 5. — II, 1. populum nunc habemus ducem; Phil VII 22. qui te senatui bonisque omnibus auctorem, principem, ducem praebeas; ep X 6, 3. studii sui quaerebant aliquem ducem; Ligar 3. summum me ducem litterae tuae reddiderunt; ep IX 25, 1. qui triumphant eoque diutius vivos hostium duces reservant; Ver V 77. homines L. Pisonem ducem optimae sententiae non secutos; Phil I 14. in hoc naturam debemus ducem sequi; of I 22. — 2. utor te ipso duce; Tusc III 37. dabitur (tabella) de ducibus conservandae civitatis; Flac 99. — IV. relicti ab duce classis; Ver V 89.

dynastes, Herrſcher, Gewalthaber: I. si ceteri reges, tetrarchae dynastaeque fecissent; Phil XI 31. — II. si erit nebulo iste cum his dynastis in gratia; A II 9, 1.

E: ut Iota litteram tollas et E plenissimum dicas; de or III 46.

e ſ. **ex.**

ea, da, daſelbſt: ut ea traduci victimae nullo modo possent; inv II 96.

eadem, auf demſelben Wege, zugleich: ut eadem me quam maxime conciliarent familiari suo; ep IX 18, 1. Socrates eadem, qua ceteri, fugere noluit; div I 123.

eatenus, inſoweit: qui (di) eatenus nobis declarantur, qua ipsi volunt; Tim 40. ferres eatenus, quoad per se neglegeret eas leges; Q fr I 1, 11. verba persequens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro; opt gen 23.

eblandior, erſchmeicheln: I. enitere, elabora vel potius eblandire, effice, ut Plancus sit etiam melior opera tua; A XVI 16, 12. — II. eblandita illa, non enucleata esse suffragia; Planc 10.

ebrietas, Trunkenheit, **ebriositas,** Trunkſucht: ut inter ebrietatem et ebriositatem interest; Tusc IV 27.

ebriosus, dem Trunke ergeben, Trunkenbold: A. hunc (Stilponem) et ebriosum et mulierosum fuisse; fat 10. — B. ebriosos sobriis (insidiari); Catil II 10.

ebrius, trunken: A. servos Milonis apud se ebrios factos; Milo 65. — B, I. quod et insani et ebrii multa faciunt saepe vehementius; Tusc IV 52. — II. quid dicam, insanis, quid ebriis quam multa falsa videantur? div II 120.

ebullio, hervorſprudeln, prahlen: quod (Epicurus) solet ebullire non numquam; fin V 80. qui si virtutes ebullire volent et sapientias; Tusc III 42.

ebur, Elfenbein: I, 1. ebur ex inani corpore extractum haud satis castum donum deo; leg II 45. — 2. ex ebore diligentissime perfecta argumenta; Ver IV 124. — II, 1. te maximum pondus auri, argenti, eboris exportasse; Ver II 176. — 2. Minervae signum ex ebore pulcherrimum; Bru 257.

eburneolus, elfenbeinern: cum eburneola fistula; de or III 225.

eburneus, elfenbeinern: praefectum regium dentes eburneos incredibili magnitudine e fano sustulisse; Ver IV 103. nego signum ullum aëneum, marmoreum, eburneum (fuisse), quin conquisierit; Ver IV 1.

ec ſ. **ex.**

ecce, da, ſiehe da: I. ecce ipse Aebutius in castellum venit; Caecin 20. ecce tibi Sebosus! A II 15, 3. ecce tuae litterae de Varrone; A XIII 16, 1. ecce tibi et Bruti et tuae litterae; A XIV 19, 1. — II. ecce autem de transverso L Caesar ut veniam ad se rogat; A XV 4, a (4, 5). sed ecce in manibus vir praestantissimo ingenio; Bru 125.

ecdicus, bevollmächtigter Anwalt: legatos audio missos esse, sed malo ecdicos; ep XIII 56, 1.

ecf — ſ. **eff** —

eclogarii, ausgewählte Stellen: notentur eclogarii, quos Salvius bonos auditores nactus in convivio dumtaxat legat; A XVI 2, 6.

ecquando, wann? wohl jemals? I. ecquando igitur isto fructu quisquam caruit? Ver V 66. quotiens hoc agitur, ecquandone nisi admirationibus maximis? fin V 63. — II. quaero, ecquando (decemviri) nisi per XXXV tribus creati sint; agr II 17.

ecqui, ecquis, wohl irgend einer? irgend welcher? I, 1. ecquem scis captum archipiratam? Ver V 67. ecqui pudor est, ecquae religio, Verres, ecqui metus? Ver IV 18. — 2. ecquis fuit, quin lacrimaret? Ver V 121. ecquid habes, quod dicas? Sex Rosc 104. sed heus tu, ecquid vides Kalendas venire, Antonium non venire? A II 2, 3. — II, 1. aliquid etiam in posterum prospicias fingasque, ecquae pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia; A VIII 12, 4. (quaeritur), ecqua || ecquae || de ea re sit lex; inv I 43. quaererent, ecquo modo petitorem ipsum Apronio condemnare possent; Ver III 31. in qua (parte) videbimus, ecqua consuetudo sit, ecqua lex, ecqua pactio, ecquod eius rei artificium aut usus aut exercitatio; inv II 42. videamus, ecquod aliud iudicium proferre possimus; Cluent 103. — 2. percontantibus nobis, ecquid forte Roma novi; Ac I 2. ut illud quaeramus, ecquid auctoritatis socii habere debeant; div Caec 17. velim scire, ecquid de te recordere; Tusc I 13. ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme, fac plane sciam; ep VII 16, 3.

ecquinam, ecquisnam, wohl irgend einer? I, I. quid, illa ecquonam modo [ecquonam loco] artis indigent? part or 48. — 2. ecquidnam || et quidnam || est tui consilii † ad finis huius miserrimae vitae? A IX 12, 4. — II, 1. perspicis profecto, ecquaenam nobis spes salutis relinquatur; Q fr I 4, 2. temptabo, ecquonam modo possim voluntate eius nullam rei publicae partem attingere; A IX 9, 1. vereri, ecquodnam curriculum aliquando sit habitura tua natura; Bru 22. — 2. ut interrogares, ecquosnam alios posset nominare; Vatin 26. cum quaeritur, ecquisnam perfecte sapiens esse possit; part or 64.

ecquo, wohin wohl? ecquo te tua virtus provexisset, ecquo genus vitae? Phil XIII 24.

eculeus, Füllen, Pferdchen, Folter: I, 1. eculeos argenteos nobiles, qui Q. Maximi fuerant, aufert; Ver IV 42. — 2. haec etiam in eculeum coiciuntur; Tusc V 13 (12). facti in eculeo quaestio est, iuris in iudicio; Milo 57. omnia in perfectis esse meliora, ut in equo quam in eculeo; nat II 38.

edacitas, Eßluſt, Gefräßigkeit: 1. edacitatem pueri pertimesco; Q fr III 9, 9. — 2. alterum morbum edacitatis esse (Stoici) putant; ep VII 26, 1.

edax, eßluſtig: exspecta hospitem minime edacem; ep IX 23.

edico, beſtimmen, bekannt machen, anſagen, verordnen, befehlen: I. „fecit fecerit"? quis umquam edixit isto modo? Ver I 107. si non decrevisset, sed edixisset; Flac 78. — II, 1. est tibi edicendum, quae sis observaturus in iure dicendo; fin II 74. — 2. cum tribuni pl. edixissent, senatus adesset a. d. XIII Kal. Ian.; ep XI 6, 2. — 3. edicere audeas || audebas ||, ne maererent homines meam calamitatem? Sest 32. — 4. edicunt duo consules, ut ad suum vestitum senatores redirent; Sest 32. — 5. edicit se recuperatores daturum; Ver III 35. — III. quae praetores edicere consuerunt; inv II 67. — (comitia) edicta sunt *in* a. d. XI K. Febr.; Q fr II 2, 2.

edictum, Bekanntmachung, Verordnung Verfügung: I. qui plurimum tribuunt edicto, praetoris edictum legem annuam dicunt esse; Ver I 109. faciebant cum pupilla edicta praetorum; Ver I 104. — II, 1. Romae composui edictum; ep III 8, 4. conscripserunt communiter edictum cum poena atque iudicio; of III 80. quod magistratus edictum non infirmari ac convelli potest? Caecin 51. si habuisset iste edictum, quod ante istum et postea omnes habuerunt; Ver I 115. infirmo; ſ. convello. consul, praetor, tribunus plebis nova novi generis edicta proponunt, ne reus adsit, ne citetur, ne quaeratur; Sest 89. servabis edictum et institutum tuum; ep XIII 59. — 2. tribuo; ſ. I. est. — 3. cum ego in edicto translaticio centesimas me observaturum haberem cum anatocismo anniversario; A V 21, 11. — III. diem edicti obire neglexit; Phil III 20. nulla erat edicti poena certa; Ver III 54. — IV, 1. civem ut edicto ex patria consul eiecerit; Sest 29. quis umquam eius rei fraudem aut periculum proposuit edicto, quae neque post edictum reprehendi neque ante edictum provideri potuit? Ver I 107. — 2. ni adversus edictum praetoris vis facta esset; Caecin 45. ante, post; ſ. 1. proponi. eos (Caunios) neque ex edicto neque ex decreto (pecuniam) depositam habuisse; ep XIII 56, 3. quae ex edicto et postulari et fieri solent; A VI 1, 15.

edisco, auswendig lernen, erlernen: I. malunt disserere nihil esse in auspiciis quam, quid sit, ediscere; div I 105. — II. qui istam artem facillimam non ediscant; de or I 246. ut eum (epilogum) ediscremus; Bru 127. ut (poëtae) non legantur modo, sed etiam ediscantur; Tusc II 67. exercenda est memoria ediscendis ad verbum quam plurimis scriptis; de or I 157.

edissero, erörtern, vortragen: neque necesse est edisseri a nobis, quae finis funestae familiae fiat; leg II, 55.

editicius, vorgeſchlagen: editicios iudices esse voluisti; Muren 47.

editio, Angabe, Vorſchlag: I. ista editio per se non acerba est; Planc 41. — II. quam ob rem senatus (non) eandem editionem transtulerit in ceteras causas; Planc 36.

edo, hervorbringen, ausſtoßen, angeben, ausſprechen, beſtimmen, bekannt machen, herausgeben, begehen, vollbringen, hingeben, aushauchen; part. hoch, hervorragend: I. apud eosdem (censores), qui magistratu abierint, edant et exponant, quid in magistratu gesserint; leg III 47. — II. qui nihil potest dignum hominum auribus efficere atque edere; de or I 120. ede illa, quae coeperas, et Bruto et mihi; Bru 20. quantum decumanus edidisset, aratorem sibi decumae dare oportere; Ver III 25. si tum P. Sestius animam edidisset; Sest 83. ut annales suos emendem et edam; A II 16, 4. cum bubulcus clamorem maiorem edidisset; div II 50. te simile edere exemplum severitatis tuae voluisse; Q fr I 2, 5. quos (libros) brevi tempore satis multos edidimus; Top 1. Henna est loco perexcelso atque edito; Ver IV 107. quorum edidi nomina Metello; Ver II 65. oraculo edito; Tusc I 116. sic est hic ordo quasi propositus atque editus in altum; Ver III 98. cum (testudines, crocodili) in terra partum ediderint; nat II 129. rudem illum (videmus) quamvis levi ictu ploratus turpissimos edere; Tusc II 38. quas ego pugnas et quantas strages edidi! A I 16, 1. quas (sortes) e terra editas accepimus; div I 34. strages; ſ. pugnas. quas tribus edidisti? Planc 38. qui pro re publica vitam ediderunt; Planc 90. — III. socium tibi in his bonis edidisti Quinctium; Quinct 76. edo haec iis cognoscenda, qui eos ipsos, de quibus loquor, saepe audierunt; de or II 9.

edo, eſſen, verzehren: I. ut (asoti) „edint de patella"; fin II 22. — II. quem (oratorem) cum Catulus nuper audisset, „fenum alios" aiebat „esse oportere"; de or II 233. multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit; Lael 67.

edoceo, lehren, belehren, Auskunft geben: I, 1. quid ea nocte egisset, edocui; Catil II 13. — 2. edocuit ratio, ut videremus id non naturale esse; Tusc III 80. — II. qui causam meam imperitos edocuerit; sen 29.

edolo, fertig machen: ea, quae in manibus habebam, abieci, quod iusseras, edolavi; A XIII 47.

edomo, bezwingen: vitiosam naturam ab eo (Stilpone) sic edomitam et compressam esse doctrina, ut . . ; fat 10.

edormio, ausschlafen: I. cum (vinulenti) edormiverunt; Ac II 52. — II. edormi crapulam; Phil II 30.

educatio, Erziehung: I. cum etiam feras inter sese partus atque educatio conciliet; Sex Rosc 63. earum etiam rerum, quas terra gignit, educatio quaedam et perfectio est non dissimilis animantium; fin V 39. — II. repetam a te istum de educatione et de disciplina locum; leg III 30. — III. sit modo is institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili; de or III 125.

educator, Erzieher: 1. quis est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores cum grata recordatione in mente (versentur)? Planc 81. — 2. omnium rerum educator et altor est mundus; nat II 86.

educatrix, Erzieherin: earum (rerum) parens est educatrixque sapientia; leg I 62.

educo, aufziehen, ernähren, erziehen: neque hac nos patria lege genuit aut educavit, ut . . ; rep I 8. ſ. **educator,** 1. filios non tam in gremio educatos quam in sermone matris; Bru 211. quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum; de or I 137. a Q. Apronio, homine ad turpitudinem educato; Ver III 60. ita (ova) et nascuntur et educantur ipsa per sese; nat II 129.

educo, herausführen, vorführen, mitnehmen, herausziehen, zücken, ableiten, erziehen, ausrücken: I. Sullam, cum in expeditionem ‖ exercitum ‖ educturus esset, immolavisse; div II 65. — II. neque est boni parentis, quem procrearis et eduxeris, eum non et vestire et ornare; de or II 124. ut te in ius educerent; Quinct 33. educit ex urna tres; Ver II 42. si nobiscum eum rus aliquo eduxerimus; Q fr III 3, 4. exercitum eduxit ex Syria; Piso 49. vgl. I. gladium e vagina eduxit; inv II 14. sin autem (lacus) ita esset eductus, ut ad mare pervenire non posset; div I 100. quem (medicum) tecum tum eduxeras; Piso 83. numquid oportet nisi tres sortes conici, unam educi? Ver II 127.

effatum ſ. **effor.**

effectio, Ausübung, wirkende Kraft: quae (physica) cum contineantur ex effectione et ex materia ea, quam fingit et format effectio; Ac I 6. recta effectio ⟨κατόρθωσιν enim ita appello⟩ crescendi accessionem nullam habet; fin III 45.

effector, Urheber, Schöpfer: I, 1. hanc habuit rationem effector mundi et molitor deus, ut . .; Tim 17. — 2. cuius (Suadae) effector est orator; Bru 59. si neque deus est effector somniorum; div II 147. stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister; de or I 150. — II. earum rerum deos facere effectores; div II 55.

effectrix, Urheberin, Schöpferin: 1. effectrix beatae vitae sapientia (permanet); fin II 87. — 2. amicitiae effectrices sunt voluptatum tam amicis quam sibi; fin I 67. nullam vim esse divinam effectricem somniorum; div II 124.

effectus, Ausführung, Wirkung, Erfolg: I. effectus eloquentiae est audientium approbatio; Tusc II 3. — II. quarum (herbarum) causam ignorares, vim et effectum videres; div II 47. — III. timere peccatum est etiam sine effectu; fin III 32.

effeminate, weibisch, weichlich: ne quid indecore effeminateve faciat; of I 14.

effemino, weibliches Geschlecht beilegen, weibisch machen, verweichlichen: effeminarunt eum (aëra) Iunonique tribuerunt; nat II 66. imbecillitatem animi effeminati; Tusc IV 60. homo effeminatus; Milo 89.

efferitas, Roheit: »undique omnem efferitatem expuli«; Tusc II 20.

effero, verwildern lassen: in hominis figura animo esse efferato; rep IV 1. nec (terram) immanitate beluarum efferari; nat II 99.

effero (efero: ſ. II. alqd), herausstragen, bestatten, setzen, tragen, hervorbringen, ertragen, ausdrücken, veröffentlichen, hinreißen, heben, erheben, preisen, übermütig machen: I. cum ager cum decumo extulisset; Ver III 113. — II. P. Crassum praecipue in hoc ferendum ‖ efferendum ‖ et laudandum puto; de or I 170. post comitia ista praeclara, quae me laetitia extulerunt; ep II 10, 1. cum te summis laudibus ad caelum extulerunt; ep IX 14, 1. in eo genere sic studio efferimur, ut . .; A I 8, 2. nimium fortasse haec illi eferunt; fr K 25. quamquam insolentia dominatus extulerat animos; dom 141. quod is Galli filium ipse paene in umeros suos extulisset; de or I 228. qui (ager) cum multos annos quievit, uberiores efferre fruges solet; Bru 16. hac exspectatione elatus homo; Sest 134. ne has meas ineptias efferatis; de or I 111. voluptas gestiens, id est praeter modum elata laetitia; Tusc III 24. Cn. Lucullus matrem efferebat; A XV 1, a, 1. secum mortem extulit; Phil IX 5. qua in urbe primum se orator extulit; Bru 26. qui (Socrates) pedem porta non extulit; A VIII 2, 4. tua rogatione funere elatam rem publicam esse; dom 42. videmus ex acie efferri saepe saucios; Tusc II 38. si (graves sententiae) incondite positis verbis efferuntur; orat 150. principia verecunda, nondum elatis incensa verbis; orat 124. qui verecundiam tecum extuleris et non hic nobiscum reliqueris; ep VII 18, 2.

effervesco, sieden, aufwallen, aufbrausen: M. Pontidius effervescens in dicendo stomacho vehementius; Bru 246. quae (aquae) effervescunt ‖ eis fervescunt ‖ subditis ignibus; nat II 27. si cui nimium efferbuisse videtur huius ferocitas; Cael 77. dum effervescit haec gratulatio; ep IX 2, 4. verbis effervescentibus et paulo nimium redundantibus; de or II 88.

effetus, entkräftet: intemperans adulescentia effetum corpus tradit senectuti; Cato 29.

efficacitas, Wirksamkeit: viribus corporis et nervis et efficacitati similes similibus quoque verbis animi vires nominantur; Tusc IV 31.

efficienter, wirksam: non sic causa intellegi debet, ut, quod cuique antecedat, id ei causa sit, sed quod cuique efficienter antecedat; fat 34.

efficientia, Wirksamkeit: cum eius (solis) efficientiam cognovissent; nat II 95. interest inter causas fortuito antegressas et inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem; fat 19.

efficio, bewirken, durchsetzen, ausführen, zu stande bringen, herstellen, hervorbringen, erregen, schaffen, vorstellen, folgern, schließen, erweisen: I, 1. aër et ignis movendi vim habent et efficiendi; Ac I 26. — 2. ager efficit cum octavo; Ver III 112. causas efficientes quod non habebit, id nec verum nec falsum erit; fat 20. ſ. III res. ab efficientibus rebus hoc modo (argumentum ducitur); Top 22. proximus est locus rerum efficientium, quae causae appellantur; Top 58. — II, 1. eos privatos, qui efficiant, ne quid inter privatum et magistratum differat, ferunt laudibus; rep I 67. — 2. ut effici non possit, quin eos tam oderim, quam rem publicam diligo; Phil XI 36. — 3. ita efficitur, ut omne corpus mortale sit; nat III 30. eblandire, effice, ut Plancus sit melior; A XVI 16, 12. — 4.

quid est aliud nolle moneri a Iove nisi efficere, ut ne fieri possit auspicium? div II 78. — 5. ex quo efficitur gloriatione, ut ita dicam, dignam esse beatam vitam; fin III 28. efficitur omnia regi divina mente atque prudentia; nat II 80. — III, 1. quae (causae) cum intellegentia sunt efficientes pulcherrimarum rerum; Tim 51. quae sunt luxuriosis efficientia voluptatum; fin II 21. quod ea (virtus) efficiens utilitatis esset; of III 12. — 2. cur in hoc tanto mundo Catulus alter non possit effici? Ac II 55. id, quod concludere illi velint, non effici ex propositis nec esse consequens; de or II 215. scire, quibus rebus efficiatur amittaturve dicendo illud quidquid est, quod aut effici dicendo oportet aut amitti non oportet; Bru 199. ea, quae natura efficit; nat II 85. causa ea est, quae id efficit, cuius est causa, ut vulnus mortis; fat 34. ſ. malum. causa efficiens aegritudinem in animo tamquam aegrotationem in corpore; Tusc III 23. sol aestates et hiemes efficit; nat II 49. cognitiones comprensionesque rerum, e quibus efficiuntur artes; fin III 49. civium expulsiones, calamitates, fugae, rursusque secundae res, honores, imperia, victoriae, quamquam fortuita sunt, tamen sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici possunt; of II 20. clamores efficiam, si eum mecum habuero otiosus; Q fr III 1, 7. heri etiam effeci epistulam ad Caesarem; A XIII 26, 2. expulsiones, fugas: ſ. calamitates. nec figuram situmque membrorum nec ingenii mentisque vim talem effici potuisse fortuna; nat II 153. hiemes: ſ. aestates. honores, imperia: ſ. calamitates. nihil est mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, effecerit; Cluent 188. ut innumerabiles natura mundos effectura sit, efficiat, effecerit; nat I 53. quod (opus) effectum divina mente videatur; nat I 100. ab effectis rebus hoc modo (argumentum ducitur); Top 23. (locus) rerum effectarum ab efficientibus causis; Top 58. ſ. calamitates. scelus: ſ. malum. situm: ſ. figuram. quam (sphaeram) nuper familiaris noster effecit Posidonius; nat II 88. quas effecerit strages; Phil III 31. (aër) effluens huc et illuc ventos efficit; nat II 101. victorias: ſ. calamitates. vim: ſ. figuram. quibus rebus efficiuntur voluptates; fin II 89. — IV. quod eum, qui audit, neque benivolum neque attentum neque docilem efficit; inv I 26. ut Catilinam consulem efficeret; Sulla 68. virtus laudabiles efficiens eos, in quibus est; Tusc IV 34. necesse est ‖ erit ‖ attentum efficere auditorem, inv I 21. ita perpetuos defensores Macedoniae vexatores ac praedatores effecisti; Piso 84. cum eum (ignem) similem universi naturae efficere vellet; Tim 35. poteratne tantus animus efficere non iucundam senectutem? Cato 56. ut virtus sola, si adsit, vitam efficiat beatam; fin V 78.

effigies, Bild, Abbild, Ebenbild: I. plurima est [et] in omni iure civili et in pontificum libris et in XII tabulis antiquitatis effigies; de or I 193. — II. relinquere virtutum nostrarum effigiem; Arch 30. nos veri iuris germanaequae iustitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus, umbra et imaginibus utimur; of III 69. ut homines videre effigiem Cereris de caelo lapsam arbitrarentur; Ver V 187. — III. Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii; Q fr I 1, 23.

effingo, abwiſchen, nachbilden, wiedergeben, darſtellen, ſchaffen: e qua (materia) omnia expressa atque efficta sint; Ac I 27. cum artificium effingitis fabricamque divinam; nat I 47. et formas et mores et plerosque status ac motus effingere a parentibus liberos; div II 94. ut quasi mores oratoris effingat oratio; de or II 184. motus, status: ſ. formas. e foro spongiis effingi sanguinem; Sest 77.

efflagitatio, dringende Aufforderung: quia communicatio consilii tali tempore videtur esse efflagitatio ad coëundam societatem vel periculi vel laboris; ep V 19, 2.

efflagitatus, Forderung: coactu atque efflagitatu meo producere eum; Ver V 75.

efflagito, dringend verlangen, auffordern: I. cum iste a Cn. Dolabella efflagitavisset, ut se mitteret; Ver I 63. — II. a multis efflagitatus dixit . .; Ver I 92. epistulam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui; Q fr II 9, 1. poena gravior in plebem tua voce efflagitata est; Muren 47.

effligo, umbringen: qui (Servius) filium misit ad effligendum Cn. Pompeium; A IX 19, 2.

efflo, ausḥauchen: et agere animam et efflare dicimus; Tusc I 19.

effloresco, emporblühen, hervorſprießen: cui (Sulpicio) ad summam gloriam eloquentiae florescenti ‖ efflorescenti ‖ ferro erepta vita est; de or III 11. siquidem (illa aetas) efflorescit ingenii laudibus; Cael 76. efflorescunt genera partesque virtutum; Tusc V 71. ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio; de or I 20. eas (partes) penitus ex ea causa effloruisse ‖ et floruisse, al. ‖; de or II 319. quae (utilitas) efflorescit ex amicitia; Lael 100.

effluo, ausſtrömen, entſchwinden, vergehen: antequam plane ex animo tuo effluo ‖ effluam ‖; ep VII 14, 1. nihil ex illius animo, quod semel esset infusum, umquam effluere potuisse; de or II 300. (aër) effluens huc et illuc ventos efficit; nat II 101. ne aestas effluat; A XII 43, 3 (2). in eo (corpore) influente atque effluente; Tim 47. huic minime mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentem; Bru 219.

effodio, ausgraben, ausſtechen: cuius (L. Sestii) in cubiculo effossum esse mortuum; rep II 61. hi duo illos oculos orae maritimae effoderunt, non iratus aliqui deus; nat III 91.

effor, ausſprechen, behaupten, beſtimmen, abgrenzen: I. ex oraculo effatam esse Pythiam: »ego providebo« . .; div I 81. — II. quidquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi „effatum“); Ac II 95. „effatum“ id esse, quod aut verum aut falsum sit; Ac II 95. quod ita effabimur; Ac II 97. »urbem et agros [et] templa liberata et effata (augures) habento«; leg II 21. opinor augures velle habere ad templum effandum; A XIII 42, 3. neque verbum ullum sollemne potuit effari; dom 141.

effrenate, zügellos, unaufhaltſam: cuius voluptatis ‖ [vol.] ‖ avidae libidines temere et effrenate ad potiendum incitarentur; Cato 39. cum legio effrenatius in aciem hostium inrupisset; Phil XIV 26.

effrenatio, Zügelloſigkeit: vox quaedam libera atque etiam effrenatio ‖ effrenatior ‖ augendi causa; de or III 205. quae effrenatio impotentis animi! Phil V 22.

effrenatus, zügellos, unbändig, ungezähmt: istius effrenatum animum; Ver V 139. indomitas cupiditates atque effrenatas habebat; Ver I 62. eius vim et effrenatam illam ferociam; rep VI 1. homines secundis rebus effrenatos; of I 90. o libidinem effrenatam! Cluent 15. effrenatam insolentia multitudinem; rep I 65.

effringo, erbrechen, aufbrechen: fores aedis effringunt; Ver IV 96. effractis valvis; Ver IV 94.

effugio, entfliehen, entkommen, entrinnen, entgehen, vermeiden, ausweichen: I. quia de manibus vestris effugit; Sex Rosc 34. a quibus (ludis) vix vivus effugit; Sest 116. qui e proelio effugerant; Phil II 71. — II. ut dolores suscipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia; fin I 36. crudelitatis infamiam effugerunt; agr II 91. quo modo eam (legem) effugere possimus; A XII 36, 1. ut (Chrysippus) necessitatem effugiat; fat 41. sepulcri similitudinem effugere studeo; A XII 36, 1. etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum

tamen et numerum quendam oportere servari; Bru 32. quam multi votis vim tempestatis effugerint; nat III 89. quod effugissem duas maximas vituperationes; A XVI 7, 5.

effugium, Entfliehen, Mittel zur Flucht: si non effugium, ne moram quidem mortis adsequi potuit? Ver V 166. alias (animantes) habere effugia pinnarum; nat II 121.

effundo, ausgießen, ausſchütten, ausſprechen, loslaſſen, verſtreuen, vergeuden, hingeben, part. verſchwenderiſch: quis in largitione effusior? Cael 13. effudi vobis omnia, quae sentiebam; de or I 159. quod casus effudisset; orat 177. C. Gracchus cum effudisset aerarium; Tusc III 48. nihil perniciosius quam effusa sine intermissione contentio; de or III 224. ut (Antonius) omnem suum vinulentum furorem in me unum effunderet; ep XII 25, 4. aliud (vocis genus sibi sumat) voluptas, effusum et tenerum; de or III 219. ut conlectam gratiam florentissimi hominis effunderem; ep II 16, 1. quod (odium) ego effudisse me omne arbitrabar; ep I 9, 20. qui extremum spiritum in victoria effudistis; Phil XIV 32. — II. te tua mater pecudem ex alvo, non hominem effuderit; Piso fr 14.

effuse, maßlos, verſchwenderiſch: cum inaniter et effuse animus exsultat; Tusc IV 13. si (mulier) dives effuse viveret; Cael 38.

effusio, Ausſtrömen, Erguß, Ausgelaſſenheit, Verſchwendung: I. eodem vitio est effusio animi in laetitia, quo in dolore contractio; Tusc IV 66. liberalitatem effusio imitatur; part or 81. — II. qui has pecuniarum effusiones non admiremur; of II 56. quid (dicam) effusiones hominum ex oppidis? Piso 51. — III. atramenti effusione sepiae (se tutantur); nat II 127.

effutio, ausſtoßen, ſchwatzen: I. ut ex tempore quasi effutire videatur; Tusc V 88. — II. ita temere de mundo effutiunt, ut . .; nat II 94. — III. (Apollinis opertorum) partim effutita temere; div II 113.

egeo, egens, darben, arm ſein, Mangel leiden, bedürfen, entbehren: I. egentes in locupletes armabantur; Planc 86. pecunia superabat? at egebas; Scaur 45, n. ut sumptus egentissimarum civitatum minuerem; ep III 8, 2. homo egens et levis; Ver II 94. ſ. **egestas.** II, 1. sustineo. — II. † recte sit censeo cedendum de oppidis iis egeo consilii; A VII 22, 2. quod gravitas morbi facit, ut medicinae egeamus; ep IX 3, 2. — III. gratiarum actione eos magis egere quam commendatione; ep XII 26, 1. C. Macer auctoritate semper eguit; Bru 238. nec oculis (mundus) egebat nec auribus; Tim 18. videri (se) eguisse auxilio meo; ep II 17, 6. commendatione: ſ. actione. neque confirmatione nostra egebat virtus tua; ep VI 3, 1. te nec cuiusquam egere consilio; ep IX 14, 2. ut consolatione ipse egerem; ep V 16, 1. si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis; Ac fr 8. oculis: ſ. auribus. quo (otio) ego maxime egeo; A IV 16, 2. malo virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam, quae viro; of II 71. perpendiculis, regulis: ſ. normis. etsi haec pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat; ep XVI 23, 1. ipse egens rebus omnibus; ep VI 22, 1. qui senatu non egeret; Phil II 109. iam nihil egeo vectigalibus; A XII 19, 1. viro: ſ. pecunia.

egestas, Armut, Dürftigkeit, Mangel: I. non recipit egestas animi (tui maiestatem consulis); Piso 24. — II, 1. ad explendas egestates latrocinii sui; Phil XIV 10. istam paupertatem vel potius egestatem ac mendicitatem tuam numquam obscure tulisti; par 45. egestates tot egentissimorum hominum nec privatas posse res nec rem publicam sustinere; A IX 7, 5. — 2. copia cum egestate confligit; Catil II 25. ex summa egestate in eandem rerum abundantiam traducti; agr II 97. — III. per homines egestate perditos; Sest 2.

ego, ich: A. **allein:** I. Singular: 1. ego tamen confitebor; Ligar 25. ego vero ista audire cupio; leg I 16. quam (rem familiarem) ego non curo; A XII 22, 3. ego sum hic hospita; A V 1, 3. neque ego discingor; Q fr II 11, 1. ego instare, ut mihi responderet; Ver II 188. ego legem recitare; Ver IV 49. auspicia, quibus ego et tu praesumus; de or I 39. quem ego et frater meus amamus; Phil III 18. ut ego et Triarius te hortatore facimus; fin I 72. elliptiſch: a me C. Caesar pecuniam? cur potius quam ego ab illo? Phil II 72. tu Epicurum existimas ista voluisse? ego vero minime; Tusc III 46. dic igitur, inquit, quid requiras. egone? primum illud; nat III 8. — 2. me saepe esse pollicitum, saepe ostendisse dicebant commodis eorum me non defuturum; div Caec 2. in qua (causa) ipse (Dolabella) sentiat me ab illo abalienatum; A XVI 15, 1. miserum me! Piso 3. o me miserum, o me infelicem! Milo 102. heu me miserum; Phil VII 14. litterae tuae sic me adfecerunt, ut . .; A XIV 13, B, 2. me cuncta Italia, me omnes ordines, me universa civitas non prius tabella quam voce priorem consulem declaravit; Piso 3. neque domum umquam ad me ‖ meos ‖ litteras mittam, quin adiungam eas, quas tibi reddi velim; ep III 8, 10. VII Id. veni ad me in Sinuessanum; A XVI 10, 1. ego nondum utor hac voce ad hunc defendendum, ad purgandum me potius utar; Sulla 14. qui tanto amore in me fuit; sen 24. vel cum mendacio, si vultis, gloriemini per me licet; Ligar 25. — 3. ne me hodie oblitum esse putetis mei; Phil II 10. spem mei conveniendi; ep III 6, 4. tempus purgandi mei; ep III 10, 6. cupiditate videndi mei; ep V 21, 1. hominum amantium mei copia; ep V 21, 1. vos mei semper cupidissimos; prov 43. Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei; A XI 8, 2. ut vos memoria mei, misericordia desideriumque teneret; Quir 1. ut etiam maiorem exspectationem mei faciam; Ac II 10. — 4. hoc commentemur, mihi crede; Tusc I 75. Lyso omnia mihi tua et facta et dicta laudabat; ep XIII 24, 2. illud mihi animum advertisse videor; ep XV 4, 14. vir optimus mihique amicissimus; sen 25. etsi mihi sum conscius numquam me nimis vitae cupidum fuisse; nat II 10. quod curae tibi est, ut . ., per mihi gratum est; A XIV 11, 2. mihi pulchre est; nat I 114. mihi consilium captum iam diu est; ep V 19, 2. animus mihi perspectus et cognitus; ep XV 14, 1. mihi exspectatissimae litterae; ep X 5, 1. mihi iudicatum est deponere illam personam; ep VII 33, 2. cum luceret, ante scripta epistula ex duabus tuis prior mihi legi coepta est; A XVI 13 (a), 1. notantur mihi signa; ep VI 6, 8. ea mihi valde probari; A VII 1, 3. id sic susceptum est mihi, ut nihil sim habiturus antiquius; A XV 2, 1. mihi et tecum et cum illis armis decertandum fuit; dom 91, ut mihi non unus homo improbus opprimendus sit; div Caec 26. dat. ethicus: sit mihi tinctus litteris, audierit aliquid; de or I 85. is mihi etiam queritur, quod . .? Ver I 156. tu mihi ita defendas? Ver II 26. tu mihi adripis hoc, quod . .? Muren 13. elliptiſch: quid est, sine his (studiis) cur vivere velimus? mihi vero cum his ipsis vix, his autem detractis ne vix quidem; ep IX 8, 2. — 5. mi ‖ mihi ‖ abiurare certius est quam dependere; A I 8, 3. — 6. hic vide quam me sis usurus aequo; Ver V 154. cum aliorum non me digna in me conferuntur; Planc 35. me recusante; Balb 17. me consule; agr II 55. quod nemo me diutius fecit; Tusc I 7. ut a me inierit gratiam; Sest 132. tuam a me alienationem; Phil II 1. ſ. 1. elliptiſch. si etiam monendi estis a me; Font 42. a me magistratibus gratias esse agendas; sen 31. si ego a me referendam gratiam non putem; Planc 78. a me est de universo genere dicendum; Scaur 44. saepe et multum hoc mecum cogitavi; inv I 1. mecum erat

hic; illi ne advocatus quidem venit umquam; Cael 10. qui cum de me decretum Capuae fecisset; Milo 39. non de me, sed de sapiente quaeritur; Ac II 66. quod ex me quaesisti; Sest 132. cum auctoritatis in me tantum sit; imp Pomp 2. me facultatem secutum esse prae me fero; nat I 12. pro me pugnabit L. Philippus; Quinct 72.

II. Plural: 1. nos quoque habuimus scaenam competitricem; Muren 40. nos iam ab indicibus nominamur, in nos crimina finguntur, nobis pericula comparantur; Flac 96. nos in media re publica nati semperque versati; Deiot 10. elliptisch: biennio quam nos fortasse maior; Bru 240. ut alia nos melius multa quam Graeci, sic . .; div I 1. illi συμπόσια aut σύνδειπνα, id est compotationes aut concenationes, nos „convivia“; ep IX 24, 3. — 2. spero nos ad haec ipsa via perventuros; rep I 33. quasi muneribus deorum nos esse instructos et ornatos; leg I 35. o nos beatos! Catil II 10. o nos turpes! Phil XIII 34. quid est, quod tantis nos in laboribus exerceamus? Arch 28. rectene an secus, nihil ad nos aut, si ad nos, nihil ad hoc tempus; Piso 68. vestrorum in nos beneficiorum memoria; sen 3. ſ. 1. Flac 96. nostrae nobis sunt inter nos irae discordiaeque placandae; har resp 63. ſ. 6. de. quod perditi cives sublatum per nos criminabantur; Sest 123. — 3. homo nostri amantissimus; ep V 5, 1. nihil puero illo nostri amantius; Q fr III 1, 19. cum dissimillimis nostri esse cupio; A IX 11, 4. prima illa commendatio, quae a natura nostri facta est nobis; fin V 41. perferas nostri desiderium; ep VII 11, 3. desiderio nostri te aestuare; ep VII 18, 1. spero tibi aliquid etiam misericordiam nostri praesidii laturam; Q fr I 3, 5. propter odium nostri; Ver I 22. cupio ab hac hominum satietate nostri discedere; A II 5, 1. — 4. ais: „habe meam rationem“. habe tu nostram ‖ nostrum ‖; A VII 9, 4. nemini nostrum obtemperat; Cael 76. ne quis nostrum plus quam unius civitatis esse possit; Balb 31. quis nostrum tam impudens est, qui . .? de or I 101. quid agat, quem ignorare nostrum ‖ nostrorum ‖ putat? Cluent 194. verbum in senatu factum esse numquam de ullo nostrum; A VII 3, 1. voluisti in suo genere unum quemque nostrum quasi quendam esse Roscium; de or I 258. velle te mecum de officio utriusque nostrum communicare; ep IV 1, 1. etsi (litterae) utrique nostrum aeque gratae erant; ep XIII 18, 1. qui hoc ab utroque nostrum fieri velis; A XIII 1, 3. — 5. cum (di) consulerent nobis; div II 126. multa nobis blandimenta natura ipsa genuit; Cael 41. licebit nobis eas actiones non infirmare; dom 42. ſ. 1. Flac 96. Hirtius, vir nobis amicissimus; fat 2. nobis etiam vitia saepe iucunda sunt; nat I 79. ex quo vere vel agnatio nobis cum caelestibus vel genus vel stirps appellari potest; leg I 24. ut hae feriae nobis ad utilissimos rei publicae sermones potissimum conferantur; rep I 33. sumatur nobis quidam praestans vir optimis artibus; Tusc V 68. auditus est nobis Laeliae C. F. saepe sermo; Bru 211. cuius fides est nobis cognita; div Caec 20. quibus de rebus saepe nobis multa quaesita et disputata sunt; Ac II 9. etsi nobis, qui id aetatis sumus, evigilatum fere est; rep III 41. natura iuris explicanda nobis est; leg I 17. quoniam gerendi nobis essent magistratus; agr II 11. ne non tam nitendum nobis ad spem beate vivendi (videatur); Tusc V 2. — 6. hoc putarem philosophia nobisque dignum; fin IV 52. quid C. Pansa egit aliud nobis cohortandis, nisi ut . .? Phil XIV 5. silvam tu Scantiam vendas nobis consulibus? agr I 3. memineram nobis privatis unum fere censum fuisse bonorum omnium; ep I 9, 12 non eos (maiores) venerandos a nobis et colendos putatis? agr II 95. praeclare nobiscum actum iri; Ver I 9. frequens fuerat nobiscum; ep XIII 52. posthac, mi Varro, quam plurima, si videtur, et de nobis inter nos, sero fortasse; ep IX 8, 2. erat in nobis summa gracilitas corporis; Bru 313.

B. **Verbindungen**: 1. consul ego quaesivi de Numantino foedere; rep III 28. me consulem interficere voluisti; Catil I 11. vos mihi praetori hanc personam imposuistis; agr II 49. quod de me civi ita de re publica merito tulisses; dom 42. quod nos augures praecipimus; div II 77. nos barones stupemus; fin II 76. qui nos Sullanos in invidiam rapit; agr III 7. nobis imperatoribus rem publicam defendendam datam; Deiot 11. nobis senibus talos relinquant et tesseras; Cato 58. (hostiae) a nobis consulibus probatae; agr II 93. — 2. nos alios gloriae servire, alios pecuniae; Tusc V 9. te me esse alterum; ep VII 5, 1. quid nobis duobus laboriosius? Milo 5. nihil duobus nobis est stultius; ep VII 10, 4. ego idem, qui tribuerim, recordor; orat 23. utrumque per me eundem obtinuit; ep XIII 75, 2. cum idem nos teneamur; de or III 98. ego ille, qui semper pacis auctor fui; Phil VII 7. quid ego ipse sentiam; leg I 5. inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt; A III 5. potest mihi ipsi aliud alias videri; orat 237. si nihil situm est in ipsis nobis; Ac II 39. nos omnes omnia ad huius adulescentiam conferamus; fin V 6. communis nostrum omnium patria; Flac 5 (3. 30). de communi condicione omnium nostrum; Balb 18. nobisne omnibus nescio quem illum anteponebas? fin IV 61. nec ego solus (bonum appello), sed tu etiam; fin V 89. quae (domus) spectat in nos solos; of I 58. qua (libertate) nobis solis in philosophia licet uti; Tusc V 83. me totum et mea et meos commendatos habebis; ep III 9, 4. Appius totum me amplexatur; Q fr II 10, 3. tibi nos nunc penitus totosque tradimus; Tusc V 5. puto inveniri posse, et quidem aliquem de tribus nobis; leg III 14. nisi forte ego unus ita me gessi in iudiciis, ut . .; Planc 75. per me unum rem publicam conservatam esse; Quir 17. — 3. ego ipse pontifex esse deos persuaderi mihi velim; nat I 61. — 4. egomet dicam; inv I 52. quamquam memet mei paenitet; de or III 32. cum mihimet displicerem; Phil I 12. gaudere nosmet omittendis doloribus; fin I 56. — 5. nisi ipse egomet deiecissem; Tul 30. quibus studiis hanc dignitatem consecutus sim, memet ipsum commemorare perquam grave est; agr II 2. sedulitate mihimet ipse satis facere possum; ep I 8, 6. quae (brevitas) mihimet ipsi amicissima est; Quinct 34. ut ea, quae dicam, non de memet ipso, sed de oratore dicere putetis; de or III 74. ut nosmet ipsi nobis mederi possimus; Tusc III 6. nosmet ipsi cotidie demitigamur; A I 13, 3. aliter nosmet ipsos nosse non possumus; fin V 44. nemo erit praeter nosmet ipsos; inv I 71. quam (personam) nobismet ipsi iudicio nostro accommodamus; of I 115. nobismet ipsis accidit, ut hoc doleremus; Bru 8. de nobismet ipsis pauca dicemus; Bru 279.

egredior, hinausgehen, ausgehen, ausrücken, abſegeln: ut (Ser. Galba) egrederetur a proposito ornandi causa; Bru 82. egreditur in Centuripina quadriremi Cleomenes e portu; Ver V 86. sese in terram esse egressum; Ver V 133. tu egressus porta Capena; Tusc I 13. ante quam ex Asia egressus es; ep III 9, 1. cum mercatores e navi egredientes terreres; Vatin 12. ut eo, unde egressa ‖ digr. ‖ est, referat se oratio; of II 77. cum senatum egressum vidi populumque universum; Piso 52.

egregie, ausgezeichnet, vortrefflich, außerordentlich: I. fecerat hoc egregie Metellus; Ver II 63. cum pauci pingere egregie possint aut fingere; Bru 257. cum uterque Graece egregie loquatur; fin II 19. pingo: ſ. fingo. — II. si quis

est ex servis egregie fidelis; Q fr I 1, 17. P. Cornelius, homo egregie fortis; de or II 268.

egregius, ausgezeichnet, vortrefflich, vorzüglich, außerordentlich: in qua (laude bellica) egregium fuisse Laelium; Bru 84. cuius animum egregium perspicere potuistis; Phil X 13. virum bonum et civem egregium; div I 29. color egregius, integra valetudo; fin II 64. in vobis egregiam quandam ac praeclaram indolem ad dicendum esse; de or I 131. o poëtam egregium! Tusc III 45. omnium rerum egregiarum exempla; imp Pomp 44. lusit vir egregius extremo spiritu; Tusc I 96. istius egregia virtus adiuvabitur; Planc 67.

egressus, Ausgang: si minus frequentia sua vestrum egressum ornando prosequebantur; Piso 31.

eiectio, Vertreibung, Verbannung: I. eiectio nusquam est; dom 51. — II. mortem et eiectionem timemus; A II 18, 1.

eicio, hinauswerfen, auswerfen, ausstrecken, ausstoßen, vertreiben, verbannen, verdrängen, abweisen, pass. stranden: Cotta eiectus est e civitate; de or III 11. a suis dis penatibus praeceps eiectus; Quinct 83. iam sese in terram e navi eiecerat; Ver V 91. nos hunc Heracliensem multis civitatibus expetitum de nostra civitate eiciemus? Arch 22. tot legibus eiectus in exsilium; par 32. novo amore veterem amorem tamquam clavo clavum eiciendum putant; Tusc IV 75. ab hoc eiecto cadavere; Piso 19. classem in litus expulsam et eiectam; Ver V 91. clavum: s. amorem. tertias (cupiditates) funditus eiciendas putavit; Tusc V 93. pictum Gallum, eiecta lingua, buccis fluentibus; de or II 266. contra illam naufragorum eiectam ac debilitatam manum; Catil II 24. Cynicorum ratio tota est eicienda; of I 148. reliquum (venenum Theramenes) sic e poculo eiecit, ut id resonaret; Tusc I 96. quae (voluptates) subito se non numquam profundunt atque eiciunt universae; Cael 75.

eiero, (eiuro), abschwören, sich eidlich lossagen, ablehnen: me iniquum eierabant; Phil XII 18. quod mihi bonam copiam eiures, nihil est; ep IX 16, 7. praetor provinciam suam sibi totam iniquam eierat ‖ eiurat ‖; Ver III 137.

eiulatio, Wehklagen: L. Aelius „lessum" quasi lugubrem eiulationem (suspicatur), ut vox ipsa significat; leg II 59.

eiulatus, Wehklagen: I. non sunt illi eiulatus Philoctetae tam miseri; har resp 39. — II. lamentatio (est) aegritudo cum eiulatu; Tusc IV 18.

eiulo, wehklagen: I. dum tibi turpe videbitur gemere, eiulare; Tusc II 31. — II. Herculem magnitudine dolorum eiulantem; Tusc II 19.

eiuro s. **eiero.**

eius modi s. **modus,** II, 2. IV.

elabor, entschlüpfen, entkommen, entrinnen, sich entfernen, entfallen: nihil umquam vidi, quod tam e manibus elaberetur, quam mihi tum est elapsa illa ipsa causa; de or II 202. vel exstincto animo vel elapso; Tusc I 104. causa: s. alqd. frater meus quotiens est ex vestro ferro ac manibus elapsus! dom 59. his poenis, egestate, exsilio, elabuntur saepe privati; rep III 34. quotiens ista (sica) elapsa est! Catil I 16. ex isto ore religionis verbum elabi potest? dom 104.

fundus, Grund, Boden, Grundſtück, Landgut, Autorität (vgl. **funda**): I. ex quo tempore fundus veniit; Caecin 19. — II, 1. nulla se pecunia fundum cuiusdam emere potuisse; agr II 82. ut fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant; Balb 21. cui nostrum [non] licet fundos nostros obire? de or I 249. Caesennia fundum possedit; Caecin 17. — 2. fundo Arpinati bene poteris uti; ep XIV 7, 3. — 3. ut dominus de suo fundo a sua familia vi deiceretur; Quinct 81. sive ex fundo sive a fundo deiectus essem; Caecin 87. e fundo ornatissimo eiectus (P. Quinctius); Quinct 98. posita in fundo villaeque conspectu religio Larum; leg II 27. cum erat colonus in fundo; Caesin 94. — III, 1. P. Caesennius, auctor fundi, nihil de vi (dixit); Caecin 27. quoniam usus, auctoritas ||auctoritasque|| fundi biennium est, sit etiam aedium; Top 23. lex usum et auctoritatem fundi iubet esse biennium; Caecin 54. se nec dominum eius esse fundi nec locatorem; Ver III 55. cum exsectio illa fundi in armario animadverteretur; Cluent 180. usus eius fundi et fructus testamento viri fuerat Caesenniae; Caecin 19. locator: ſ. dominus. usus: ſ. auctoritas, fructus. — 2. quam (controversiam) habet de fundo cum quodam Colophonio; ep XIII 69, 2. — IV. fit obviam Clodio ante fundum eius; Milo 29.

funebris, bei dem Leichenbegängnis, bei der Beſtattungsfeierlichkeit: A. nostrae laudationes scribuntur ad funebrem contionem; de or II 341. ita illud epulum est funebre; Vatin 30. cetera in XII minuendi sumptus sunt lamentationisque funebris; leg II 59. hoc se suspicari vestimenti aliquod genus funebris, L. Aelius »lessum« quasi lugubrem eiulationem; leg II 59. — B. cetera funebria, quibus luctus augetur, XII sustulerunt; leg II 60.

funesto, beſudeln, entweihen: qui humanis hostiis eorum (deorum) aras ac templa funestant; Font 31.

funestus, durch eine Leiche verunreinigt, trauervoll, unheilvoll, verderblich: ut maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnae quam urbis captae; A IX 5, 2. suo ductu et imperio cruento illo atque funesto; har resp 3. quae finis funestae familiae fiat; leg II 55. illae infestae ac funestae faces; Sulla 19. imperium: ſ. ductus. nubit genero socrus funestis ominibus omnium; Cluent 14. tu, funesta rei publicae pestis; dom 5.

fungor, vollbringen, leiſten, genügen, erfüllen, genießen: I. oculus non probe adfectus ad suum munus fungendum; Tusc III 15. — II. L. Crassus magnificentissima aedilitate functus est; of II 57. ille (Q. Arrius) omni iam fortuna prospere functus; Bru 243. (Lysias) est functus omni civium munere; Bru 63. alter fungitur officio boni senatoris; prov 36.

fungus, Pilz, Schwamm: 1. fungos ita condiunt, ut nihil possit esse suavius; ep VII 26, 2. — 2. oblitusne es fungorum illorum, quos apud Niciam? ep IX 10, 2. — 3. ad fungos me tuos conferam; ep IX 15, 5.

funiculus, dünnes Seil: ut [inde funiculo, qui a puppi religatus scapham adnexam trahebat, navi, quoad posset, moderaretur]; inv II 154.

funis, Seil: cum alii (conarentur signum) rapere ad se funibus; Ver IV 95.

funus, Leichenbegängnis, Beſtattung, Untergang: I. coeperunt: ſ. II, 1. facio. Serrani Domestici filii funus perluctuosum fuit a. d. VIII K. Decembr. laudavit pater scripto meo; Q fr III 8, 5. — II, 1. cum funus quoddam duceretur; de or II 283. posteaquam sumptuosa fieri funera et lamentabilia coepissent; leg II 64. — 2. (Pilia) venerat in funus; cui funeri ego quoque operam dedi; A XV 1, a, 1. qui omnia paterno funeri iusta solvisset; Sex Rosc 23. — 3. uti ne *se* legitimo funere privetis; Rabir 37. — 4. furiae concitatae tamquam ad funus rei publicae convolant; Sest 109. venio in: ſ. 2. do. — III. cum tibi arbitria funeris solvebantur; sen 18. ſ. **arbitrium,** II, 1. a quo (viro) funerum sumptus praefinitur ex censibus a minis quinque usque ad minam; leg II 68. — IV, 1. nonne meministi clamare te omnia perisse, si ille (Caesar) funere elatus esset? A XIV 14, 3. — 2. illum tot iam in funeribus rei publicae exsultantem; Sest 88. quem (fletum) duodecim tabulae in funeribus adhiberi vetuerunt; Tusc II 55.

fur, Dieb: I. ut reliqui fures earum rerum, quas ceperunt, signa commutant, sic . .; fin V 74. quodsi duodecim tabulae nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderet, interfici impune voluerunt; Milo 9. — II. interficio: ſ. I. si qui ||quis|| sacrum ex privato surripuerit, utrum fur an sacrilegus sit iudicandus; inv I 11.

furaciter, diebiſch: cum omnium domus, apothecas, naves furacissime scrutarere; Vatin 12.

furax, diebiſch: P. Cornelius homo, ut existimabatur, avarus et furax; de or II 268. tuis furacissimis manibus; Piso 74. ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo; de or II 248.

furca, Gabel, Halsblock: servus per circum, cum virgis caederetur, furcam ferens ductus est; div I 55.

furcifer, Galgenſtrick: 1. furcifer quo progreditur? Deiot 26. — 2. crudelitatis tu, furcifer, senatum consul condemnas? Piso 14.

furcilla, Gabel, Gewalt: quoniam furcilla extrudimur; A XVI 2, 4.

furenter, wütend, raſend: pueri aiunt eum (Dionysium) furenter irasci; A VI 1, 12.

furia, Raſerei, Furie, Rachegöttin: I. ista fax ac furia patriae cum urbem cepisset; dom 102. in qua (causa) furiae concitatae tamquam ad funus rei publicae convolant; Sest 109. eodem nos fortasse Furiae persequentur; A X 18, 2. Furiae deae sunt, speculatrices et vindices facinorum et sceleris; nat III 46. — II, 1. concito: ſ. I. convolant. — 2. ardentes faces furiis Clodianis paene ipse consul ministrabas; Piso 26. — III. cum C. Fibulo atrato ceterisque tuis furiis; Vatin 31.

furialis, den Furien gehörig, raſend, ſchrecklich: furialibus taedis ardentibus; Piso 46. »haec me inretivit veste furiali«; Tusc II 20. furialis illa vox acerbissime personabat; Planc 86.

furibundus, begeiſtert, raſend: traductione ad plebem furibundi hominis; Sest 15. Caesaris virtus latronis impetus crudeles ac furibundos retardavit; Phil XIII 19. saepe etiam vatum furibundas praedictiones audiendas putaverunt; div I 4.

furiose, leidenſchaftlich: cum (Dionysius) aliquid furiose fecit; A VIII 5, 1.

furiosus, wütend, raſend, leidenſchaftlich, unſinnig: A. quid est tam furiosum, quam verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis? de or I 51. propter furiosae aedilitatis exspectationem; Q fr II 2, 2. (erat) C. Staienus fervido quodam et petulanti et furioso genere dicendi; Bru 241. cum hominem seditiosum furiosumque defenderet; de or II 124. mulier iam non morbo, sed scelere furiosa; Cluent 182. non mihi esse C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam; Catil III 16. — B. cum furiosorum bona legibus in agnatorum potestate sint; rep III 45.

furo, rasen, wüten, toben: I. quod eos, quorum actio esset ardentior, furere atque bacchari arbitraretur; Bru 276. furere apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinulentus videtur; orat 99. Sibyllae versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur; div II 110. ille furens et exsanguis interrogabat suos . .; Q fr II 3, 2. id certe magis est attenti animi quam furentis; div II 111. illius furentes ac volaticos impetus in se ipsos posse converti; har resp 46. — II, 1. Pansa furere videtur de Clodio; A XIV 19, 2. — 2. (Clodius) furebat a Racilio se contumaciter vexatum; Q fr II 1, 3.

furor, stehlen, erschleichen: I. eundem mira quaedam excogitare genera furandi; Ver II 134. — II. si quae bestiae furantur aliquid ex iis aut rapiunt; nat II 157. non furatus esse civitatem dicitur; Balb 5. si ego tuum (librum) ante legissem, furatum me abs te esse diceres; A II 1, 1.

furor, Wut, Raserei, Wahnsinn, Leidenschaft: I. cum maxime furor arderet Antonii; Phil III 3. ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania; Tusc III 11. cuius furor consederit, putare non fuisse ea vera, quae essent sibi visa in furore; Ac II 88. qui aliqua ex parte eius furorem exsultantem repressit; Sest 95. mirus invaserat furor non solum improbis, sed etiam iis, qui boni habentur; ep XVI 12, 2. — II, 1. ea (praesagitio) si exarsit acrius, furor appellatur; div I 66. ut eius furorem ne Alpium quidem muro cohibere possemus; Phil V 37. qui abiecti hominis furorem petulantiamque fregistis; Piso 31. reprimo: s. I. exsultat. quem nos furorem, *μελαγχολίαν* illi vocant; Tusc III 11. — 2. quorum ego furori nisi cessissem; Piso 16. — 3. cuius ego de effrenato et praecipiti furore quid dicam? har resp 2. revocare te a furore Lepidus voluit; Phil XIII 43. — III. qualem (rem) tu adfers sceleris plenam et furoris; dom 130. — IV. duo (divinandi genera), furoris et somnii; div II 101. veteris furoris et audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit; Catil I 31. — V, 1. quod ‖ cum ‖ summo furore cupiunt; Catil II 19. ispe inflammatus scelere et furore in forum venit; Ver V 161. — 2. in furore animi et caecitate; dom 129. negat sine furore Democritus quemquam poëtam magnum esse posse; div I. 80.

furtim, verstohlen, heimlich: Metellus furtim in campum itineribus prope deviis currebat; A IV 3, 4. bestiae furtim fruuntur, domini palam et libere; nat II 157.

furtivus, heimlich: accesit furtivum iter per Italiam; Piso 97.

furtum, Diebstahl, Entwendung, Unterschleif, gestohlenes Gut: I. furtum erat apertum; Q Rosc 26. mira erant in civitatibus ipsorum furta Graecorum, quae magistratus sui fecerant; A VI 2, 5. hinc furta, peculatus (nascuntur); of III 36. — II, 1. controversiam esse, possetne heres, quod furtum antea factum esset, furti recte agere; ep VII 22. s. I. est. quid minus libero dignum quam cogi a magistratu furtum reddere? Ver II 58. quae (navis) ad ea furta, quae reliquisses, commearet; Ver V 46. — 2. ago: s. 1. facio. qui (Nicomedes) furti damnatus est; Flac 43. — 3. commeo ad: s. 1. relinquo. cum de furto quaereretur; Cluent 185. quot vultis esse in uno furto peccatorum gradus? Ver III 172. cum in manifestissimo furto teneare; Ver II 144. — III, 1. in hac pecunia publica haec insunt tria genera furtorum; Ver III 165. cum te maculas furtorum et flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare; Ver V 121. fuisse Messanam omnium istius furtorum ac praedarum receptricem; Ver IV 150. — 2. cum haberetur de furto quaestio; Cluent 183. — IV. vidi conlucere omnia furtis tuis; Ver I 58.

furunculus, Spitzbube: quod vobis iste olim furunculus, nunc vero etiam rapax esse videatur ‖ videtur ‖; Piso 66.

fuscina, Dreizack: dant (dis) hastam, clipeum, fuscinam, fulmen; nat I 101.

fuscus, dunkel, dunkelbraun, dumpf: iudicatur et in vocis et in tibiarum cantibus (genus) canorum, fuscum; nat II 146. vestitus aspere nostra hac purpura plebeia ac paene fusca; Sest 19.

fuse, weit, weitläufig, ausführlich: populus fuse in tribus convocatus; leg III 44. haec cum uberius disputantur et fusius; nat II 20. tam fuse lateque imperantem rem publicam; rep V 1.

fusio, Strömen, Verbreitung: liquor aquae declarat et fusio ‖ effusio ‖; nat II 26. mundum (Chrysippus) deum dicit esse et eius animi fusionem universam; not I 39.

fustis, Knüttel, Stock: I. clamor, lapides, fustes, gladii, haec improvisa omnia; A IV 3, 3. — II. non opus est verbis, sed fustibus; Piso 73. — III. qui (fani custodes) clavis ac fustibus repelluntur; Ver IV 94.

fustuarium, Tötung mit Knütteln: fustuarium meruerunt legiones, quae consulem reliquerunt; Phil III 14.

futtilis, nichtig, eitel: A. alacritate futtili gestiens; Tusc IV 37. (haruspices) vanos, futtiles ‖ futiles ‖ esse dicamus; div I 36. — B. quis non odit sordidos, vanos, leves, futtiles? fin III 38.

futtilitas, Nichtigkeit: haec plena sunt futtilitatis ‖ futil. ‖ summaeque levitatis; nat II 70.

futurus, künftig, zukünftig, Zukunft: A. cum et praeteriti doloris memoria recens est et futuri atque impendentis torquet timor; fin II 95. si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes unius cuiusque nostrum posteris prodere; rep VI 23. est metus, ut aegritudo praesentis, sic ille futuri mali; Tusc IV 64. o mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum! Phil II 89. — B, I. quia futura vera non possunt esse ea, quae causas, cur futura sint, non habent; fat 26. — II. qui extis aut avibus aut ostentis aut oraclis aut somniis futura praesentiunt; div II 16. (tum animus) meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura providet; div I 63. natura significari futura sine deo possunt; div I 10. — III. cum tanta memoria praeteritorum futurorumque prudentia (sit); Cato 78. — IV. omne, quod falsum dicitur in futuro, id fieri non potest; fat 12.

Galea, Helm: in hoc fano loricas galeasque aëneas caelatas opere Corinthio Scipio posuerat; Ver IV 97.

galeo, mit dem Helm bedecken: habebam, inquis, in animo insitam informationem quandam dei. et barbati quidem Iovis, galeatae Minervae; nat I 100.

gallina, Huhn, Henne: I. quae id (ovum) gallina peperisset, dicere solebant; Ac II 57. — II, 1. qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent; Ac II 57. — 2. anitum ova gallinis saepe supponimus: nat II 124.

gallinaceus, von Hühnern: cum rerum natura quid habere potest commune non dicam gallinaceum fel, sed . .? div II 29. s. **gallus,** II.

gallus, Hahn: I. quia galli victi silere solerent, canere victores; div II 56. — II. vates Boeotios vidisse ex gallorum gallinaceorum cantu victoriam esse Thebanorum; div II 56.

ganea, Kneipe: I. paulisper stetimus in illo gancarum tuarum nidore atque fumo; Piso 13. — II. hominem vino, ganeis confectum; Sest 20.

ganeo, Schwelger: I. quo vultu cincinnatus ganeo patriae preces repudiavit! sen 12. — II. plura dixi quam dicendum fuit in furiosissimum atque egentissimum ganeonem; Sest 111.

garrio, plaudern, ſchwatzen: I. saeculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in iis philosophi garrire coeperunt; de or II 21. — II. cupiebam etiam nunc plura garrire; A VI 2, 10. cum garrimus, quicquid in buccam; A XII 1, 2.

gaudeo, froh ſein, ſich freuen, gern haben: I, 1. locus: ſ. II, 1. gaudere decet, laetari non decet; Tusc IV 66. — 2. animo aequo, immo vero etiam gaudenti ac libenti; A II 4, 2. corpus gaudere tam diu, dum praesentem sentiret voluptatem; Tusc V 96. — II, 1. bonis viris quod ais probari, quae adhuc fecerimus, valde gaudeo, si est nunc ullus gaudendi locus; A IX 7, 6. — 2. gaudeo tibi iucundas esse meas litteras; Q fr II 10, 1. — III, 1. qui propter me aliquid gaudeat; fin II 108. — 2. quodsi gaudere talibus bonis animi, id est virtutibus, beatum est; Tusc V 72. gaudere nosmet omittendis doloribus; fin I 56. adulescentes senum praeceptis gaudent; Cato 26. virtutibus: ſ. bonis.

gaudium, Freude, Genuß: I. quod non dicitur laetitia nec gaudium in corpore; fin II 13. cum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur; Tusc IV 13. — II. omnia, quae honesta sunt, plena gaudiorum sunt; Tusc V 67. — III. ex quo (mens) insatiabili gaudio compleatur ‖ completur ‖; Tusc V 70. quibus gaudiis exsultabis! Catil I 26.

gaza, Schatz: 1. omni Macedonum gaza, quae fuit maxima, potitus [est] Paulus; of II 76. — 2. alterum haurire cotidie ex pacatissimis atque opulentissimis Syriae gazis innumerabile pondus auri; Sest 93.

gelidus, eiskalt: si (homines aegri) aquam gelidam biberunt ‖ biberint ‖; Catil I 31. adde huc fontium gelidas perennitates; nat II 98.

geminatio, Verdoppelung: geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias; de or III 206.

gemino, verdoppeln: quae (causa) terret animos sole geminato; nat II 14.

geminus, doppelt, Zwillinge: A. C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt; Cluent 46. ecce tibi geminum in scelere par; Phil XI 2. — B. ut mater geminos internoscit consuetudine oculorum; Ac II 57.

gemitus, Seufzen, Klagen, Trauer: I, 1. cum totius Siciliae cotidie gemitus querimoniasque audires; Ver III 52. tanti gemitus fletusque fiebant; Ver IV 110. — 2. versor in gemitu Italiae; ep XV 15, 3. — II, 1. ne civium quidem Romanorum fletu et gemitu maximo commovebare? Ver V 163. — 2. huic tota obviam civitas cum lacrimis gemituque processerat; Sest 68.

gemma, Auge, Knoſpe, Edelſtein: I. exsistit ea, quae gemma dicitur, a qua oriens uva se ostendit; Cato 53. — II. de ceteris operibus ex auro et gemmis se non laborare; Ver IV 67.

gemmeus, aus Edelſteinen: mittit etiam trullam gemmeam rogatum; Ver IV 63.

gemmo, Knoſpen treiben: „gemmare vites“ etiam rustici dicunt; de or III 155. siquidem est eorum (rusticorum) „gemmare vites“; orat 81.

gemo, ſeufzen, klagen, betrauern: I. dum tibi turpe videbitur gemere, eiulare; Tusc II 31. — II. quid est, quod gemas hostem Dolabellam iudicatum? Phil XIII 23. — III. quo minus occulte vestrum malum gemeretis; sen 12. hic status una voce omnium gemitur; A II 18, 1.

gena, Wange: I. genae ab inferiore parte tutantur subiectae leniterque eminentes; nat II 143. — II. ex hac opinione sunt muliebres lacerationes genarum; Tusc III 62.

genealogus, Verfaſſer von Geſchlechtsregiſtern: eorum fratres et sorores, qui a genealogis antiquis sic nominantur; nat III 44.

gener, Schwiegerſohn, Eidam: I. Piso ille, gener meus, a propinquo suo socerum suum flagitabat; Sest 68. — II, 1. cum soceris generi non lavantur; of I 129. — 2. nubit genero socrus; Cluent 14. — 3. ut tali genero mihi praesenti frui liceat; ep XIV 3, 3. — III. contra legem generi tui; prov 7.

generalis, allgemein: cum, qualis res sit, quaeritur, quia [et] de vi et de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur; inv I 10. cum vis et natura et genus ipsius negotii quaeritur, constitutionem generalem appellamus; inv II 62. generale quoddam decorum intellegimus; of I 96.

generaliter, allgemein: ipsum (tempus) generaliter definire difficile est; inv I 39.

generatim, klaſſenweiſe, allgemein: ut omnia generatim amplectamur; inv II 18. nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent; de or I 186. haec Crassus exponet discripta generatim; de or II 142. ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata; A XI 6, 2. quid ego de ceteris civium Romanorum suppliciis singillatim potius quam generatim atque universe loquar? Ver V 143.

generator, Erzeuger: nosse generatores suos optime poterant; Tim 38.

genero, erzeugen, erſchaffen, hervorbringen, pass. abſtammen: Oceanum Salaciamque Caeli satu Terraeque conceptu generatos editosque; Tim 39. unde essent omnia orta, generata, concreta; Tusc V 69. omnia sui similia generavit; Tim 9. nox et dies ob has generata causas; Tim 32. istius (Scipionis) genus est ex ipsius sapientiae stirpe generatum; Bru 212. quoniam hominem generavit et ornavit deus; leg I 27. semperne (mundus) fuerit nullo generatus ortu, an ortus sit; Tim 5. noctem: ſ. diem.

generosus, edel: humilem sane relinquunt et minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiae; Lael 29. rationem dicendi voce, motu, forma etiam magnificam et generosam quodam modo; Bru 261. o generosam stirpem! Bru 212.

genetrix, Mutter: »nona super tremulo genetrix clangore volabat«; div II 63.

genialis, hochzeitlich: lectum illum genialem sibi ornari iubet; Cluent 14.

geniculatus, knotig: culmo erecta geniculato (viriditas); Cato 51.

genitalis, der Geburt: verba novantur, ut „di genitales“; de or III 154.

genitor, Erzeuger, Vater: I. imitantes genitorem et effectorem sui; Tim 47. — II. quo (animo) nihil est ab optimo et praestantissimo genitore melius procreatum; Tim 27.

geno, gebären: SI MIHI FILIUS GENITUR ‖ GIGNITUR, al ‖; inv II 122. de or II 141.

gens, Stamm, Geſchlecht, Verwandtſchaft, Volksſtamm, Volk, Schule: I. cum integri nihil fuerit in hac gente plena, quam valde eam putamus tot transfusionibus coacuisse? Scaur 43. testes nunc sunt omnes exterae gentes ac nationes; imp Pomp 31. civitas exsulem et regem ipsum et liberos eius et

gentem Tarquiniorum esse iussit; rep II 46. quae funditus gens vestra non novit; nat I 89. — II, 1. quodsi aut Sabinam aut Volscam gentem conlustrare animo voluerimus; rep III 7. gentes sibi in tenebris rei publicae perturbandas putaverunt; leg III 21. quo bello omnes gentes ac nationes premebantur; imp Pomp 35. Perraebia Athamanumque gens vendita; Piso 96. — 2. quam praeclarum esset exteris gentibus imperare; Ver II 2. — 3. sum in: ſ. I. coacescit. sine qua (urbe) numquam ex Transalpinis gentibus maiores nostri triumpha-verunt; Phil VIII 18. — III. nostri tyrannoctoni longe gentium absunt; ep XII 22, 2. ubicumque erit gentium; nat I 121. ubinam gentium sumus? Catil I 9. — IV, 1. inter omnes omnium gentium summa constat; nat II 12. quae caritas generis humani serpit sensim foras deinde totius complexu gentis humanae; fin V 65. illi maiorum gentium di qui habentur; Tusc I 29. qui rex populi Romani dominusque omnium gentium esse concupiverit; of III 83. quamquam hoc communi iure gentium sanctum est; har resp 32. fuerunt patricii minorum gentium; ep IX 21, 2. Rabocentum, Bessicae gentis principem, securi percussisti; Piso 84. propior est eiusdem gentis, nationis, linguae (societas); of I 53. — 2. tanta religio est sepulchrorum, ut extra sacra et gentem inferri fas negent esse; leg II 55. quale bellum nulla umquam barbaria cum sua gente gessit; Catil III 25. — V, 1. cum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem gente ad se redisse dicerent; de or I 176. — 2. ab isdem gentibus sanctis et in testimonio religiosis obsessum Capitolium est; Font 30. in illa incorrupta maxime gente Aegyptiorum; rep III 14.

gentilicius, zum Geſchlecht gehörig: qui sacrificia gentilicia anniversaria factitarint; har resp 32.

gentilis, geſchlechtsverwandt: I, 1. meo regnante gentili; Tusc I 38. — 2. gentiles sunt inter se, qui eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo servitutem servivit, qui capite non sunt deminuti; Top 29. — II. lex: SI FURIOSUS ESCIT, ADGNATUM GENTILIUMQUE IN EO PECUNIAQUE EIUS POTESTAS ESTO; inv II 148.

gentilitas, Geſchlechtsverwandtſchaft: nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis et gentilitatis iure dicendum? de or I 176.

genuine, offenherzig: de quo petis ut ad te genuine fraterneque rescribam; Q fr II 14, 2.

genuinus, angeboren, echt: non esse nos importatis artibus eruditos, sed genuinis domesticisque virtutibus; rep II 29.

genuinus, zu den Backen gehörig: qui (dentes) genuini vocantur; nat II 134.

genus, Knie: I, 1. »iam dextrum genus erigit ille Nixus«; fr H IV, a, 646. »laevum genus linquit in alto«; fr H IV, a, 621. — 2. tu meum generum a genibus tuis reppulisti; sen 17. — II, 1. »Engonasin vocitant, genibus quia nixa feratur«; nat II 108. genu M. Antonium vidi terram tangere; Tusc II 57. — 2. »tertia (*stella*) sub cauda ad genus ipsum lumina pandit«; fr H IV, a, 149.

genus, Geſchlecht, Stamm, Volksſtamm, Gattung, Art, Weſen, Element, Kraft (vgl. **dico,** I, 1, a, γ. genus): I. **abſolut:** 1. videtisne, genus hoc quod sit Antonii? forte, vehemens, commotum in agendo, praemunitum et ex omni parte causae saeptum, acre, acutum, enucleatum, in una quaque re commorans, honeste cedens, acriter insequens, terrens, supplicans, summa orationis varietate, nulla nostrarum aurium satietate; de or III 32. quod argumentorum genus cuique causarum generi maxime conveniat; de or II 175. illa sunt ab his delapsa plura genera, lene asperum, contractum diffusum, continenti spiritu intermisso, fractum scissum, flexo sono extenuatum inflatum; de or III 216. genera causarum quinque sunt: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum; inv I 20. duo prima genera quaestionum esse, in quibus eloquentia versaretur, unum infinitum, alterum certum; de or II 41. ambiguorum plura genera sunt; de or II 111. est quoddam etiam insigne et florens orationis pictum et expolitum genus; orat 96. unum est genus perfecti (oratoris); opt gen 3. genus et formam definiunt hoc modo: genus est notio ad plures differentias pertinens; forma est notio, cuius differentia ad caput generis et quasi fontem referri potest; Top 31. causarum genera duo sunt; Top 58. genus scribendi id fuit, quod nemo abiecto animo facere posset; A XII 40, 2. ſ. cedit. ex quo exsistit id, quod Scipio laudabat, coniunctum civitatis genus; rep III 23. floret: ſ. est; orat 96. omnia, quae incidunt in causam, genera; inv I 32. incidens: ſ. II, 1. sumo. insequitur: ſ. cedit. cum pauci post genus hominum natum reperti sint, qui . .; Balb 26. restant duo divinandi genera, quae habere dicimur a natura, non ab arte, vaticinandi et somniandi; div II 100. ad hanc emptionem decemviralem duo genera agrorum spectant; agr II 69. supplicat, terret: ſ. cedit. hoc loquor de tribus his generibus rerum publicarum non turbatis atque permixtis, sed suum statum tenentibus; rep I 44. tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia; Tusc V 85. — 2. eadem res alii genus esse, alii pars potest, eidem genus esse et pars non potest; inv I 12. genus est, quod plures partes amplectitur, ut animal. pars est, quae subest generi, ut equus. sed saepe eadem res alii genus, alii pars est. nam homo animalis pars est, Thebani aut Troiani genus; inv I 32. genus id est, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes, duas aut plures complectitur partes; de or I 189. vgl. V, 1. — 3. quae vero et quam varia genera bestiarum vel cicurum vel ferarum! nat II 99.

II. **nach Verben:** 1. (Calvus) accuratius quoddam dicendi et exquisitius adferebat genus; Bru 283. mirari licet, quae sint animadversa a medicis herbarum genera, quae radicum; div I 13. gaudeat (Torquatus) me suo generi meum non anteponere; Sulla 25. genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν; orat 94. aliud genus imperatoris sane diligenter retinendum et conservandum cognoscite; Ver V 25. commoveo: ſ. I, 1. cedit. quod (genus) Graece ἐπιδεικτικὸν nominatur, quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est; orat 37. quod genus erat orationis Asiaticum adulescentiae magis concessum quam senectuti; Bru 325. coniungo: ſ. I, 1. exsistit. conservo: ſ. cognosco. contraho: ſ. I, 1. delabuntur. eorum (visorum) et vim et genera definiunt; Ac II 40. ſ. I, 1. est; Top 31. ea genera divinandi non naturalia, sed artificiosa dicuntur; div I 72. diffundo, extenuo: ſ. I, 1. delabuntur. enucleo: ſ. I, 1. cedit. exsicco: ſ. probo. expolio: ſ. I, 1. est; orat 96. fit illa factio, genus aliud tyrannorum; rep I 68. ſ. I, 1. est; A XII 40, 2. frango, inflo: ſ. I, 1. delabuntur. habeo: ſ. I, 1. restant. incito, interrumpo: ſ. sumo. laudo: ſ. I, 1. exsistit. nomino: ſ. comparo. quod multa eius ludorum genera noratis; Ver III 156. permisceo: ſ. I, 1. tenent. nec illud genus alterum nocturnorum testium pertimesco; Cael 20. pingo: ſ. I, 1. est; orat 96. omne genus coniecturale in hoc fere genere ponebas; div II 26. praemunio: ſ. I, 1. cedit. sin autem acutum, prudens et idem sincerum et solidum et exsiccatum genus orationis probant; Bru 291. Dicaearchus cetera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit; div I 5. reprehendis solutionis genus; Font 2. nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est; of II 54. retineo: ſ. cognosco. saepio: ſ. I, 1. cedit. scindo: ſ. I, 1.

delabuntur. aliud vocis genus iracundia sibi sumat, acutum, incitatum, crebro incidens; aliud miseratio ac maeror, flexibile, plenum, interruptum, flebili voce; de or III 217. ut genus hoc totum multarum atque eius modi iudiciorum tolleretur; Ver I 156. ſ. relinquo. turbo: ſ. I, 1. tenent. videtis profecto genus hoc totum, cum inflexo immutatoque || commut. || verbo res eadem enuntiatur ornatius; de or III 168. — 2. in quo etiam de animis, cuius generis essent, quaereretur; fin IV 12. — 3. antepono: ſ. 1. antepono. convenio: ſ. I, 1. convenit. da te huic etiam generi litterarum; Ac I 12. subsum: ſ. I, 2. inv I 32. potest fieri, ut nulla ab iis (dis) divinatio generi humano tributa sit; div I 10. — 4. quidam malo genere natus; de or II 286. eum neque genere neque animo regio esse; agr II 42. quod captiosissimo genere interrogationis utuntur; Ac II 49. — 5. ut in dicendo vitium vel maximum sit a vulgari genere orationis abhorrere; de or I 12. hoc dico de toto genere Graecorum; Flac 9. a genere (argumentum) sic ducitur; Top 13. omnino in illud genus eum Crassi magnificum atque praeclarum natura ipsa ducebat; de or II 89. ii student plerumque eodem in genere laudis excellere; of I 116. quodsi quod in genus plures incident partes; inv I 33. cum homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus; Bru 62. quodsi inest in hominum genere mens, fides, virtus, concordia; nat II 79. loquor de: ſ. I, 1. tenent. quae (officia) oriuntur a suo cuiusque genere virtutis; fin V 69. quae (natura) in suo quidque genere perfectum esse voluit; Tusc V 37. sin autem ieiunitatem et siccitatem et inopiam, dum modo sit polita, dum urbana, dum elegans, in Attico genere ponit; Bru 285. ſ. 1. pono. ut ex utroque genere, et iuris dicendi et sartorum tectorum exigendorum, ea postuletis, quae . .; Ver I 103. num est ex iudicum genere? Phil V 13. hoc in genere nervorum vel minimum, suavitatis autem est vel plurimum; orat 91. quos nos et quales esse velimus et in quo genere vitae; of I 117. item de contrariis, a quibus (antiqui) ad genera formasque generum venerunt; fin IV 8. nimium mihi diu videor in uno genere versari criminum; Ver IV 105. ſ. I, 1. est; de or II 41.

III. **nach Adjectiven:** 1. quae (virtus) propria est Romani generis; Phil IV 13. — 2. quod hominum generi universo cultura agrorum est salutaris; Cato 56. — 3. digna Aeacidarum genere sententia; of I 38. — 4. dixit Q. Tadius, non alienus a matris eius genere; Ver I 128. in eo genere exercitati; Ac II 20. solum ex tot animantium generibus atque naturis; leg I 22.

IV. **nach Substantiven:** 1. me aliquid id genus solitum scribere, ut . .; A XIII 12, 3. — 2. haec et alia generis eiusdem ita defenditis, ut . .; nat III 62. caput: ſ. I, 1. est; Top 31. quae cognatio studiorum et artium prope modum non minus est coniuncta quam ista generis et nominis; Ver IV 81. quae (virtutes) in communitate cernuntur et in societate generis humani; of III 118. generis est controversia, cum et, quid factum sit, convenit, et, quo id factum nomine appellari oporteat, constat; inv I 12. summam video esse in te dignitatem generis; Muren 15. fons: ſ. I, 1. est; Top 31. formae: ſ. II 5. venio ad. incipio humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere; Tusc V 3. in infimi generis hominum condicione; Milo 92. quod omnium gentium generumque hominibus ita videretur; nat I 62. multis viris fortibus ne ignobilitas generis obiceretur; Muren 17. imbecillitas: ſ. fragilitas. quae cuiusque generis vel inanimi vel animantis vel muti vel loquentis origo (esset), quae vita, qui interitus; Tusc V 69. habetis nobilitatem generis gloriosam; Phil III 16. quae sunt vel generum vel partium nomina; de or I 189. est officium eius generis, quod nec in bonis ponatur nec in contrariis; fin III 58. origo, vita: ſ. interitus. societas: ſ. communitas. — 3. iste novo quodam genere imperator; Ver V 29. — 4. qui (sibi) cum omni hominum genere nullam iuris communionem, nullam humanitatis societatem velit; rep II 48. ut ex eo genere homines diligenter vobis retinendos existimetis; Font 42. societas cum: ſ. communio cum.

V. **Umſtand:** 1. quod genus pactum [est], par, iudicatum; inv II 162. quod genus, fidentiae contrarium est diffidentia; inv II 165. — 2. quia corpora nostra terreno principiorum genere confecta ardore animi concalescunt; Tusc I 42. ut ea (verba) sic et genere et numero conservemus, ut . .; de or III 40. generibus ipsis distinguere convenit, hoc est, tum inductione uti, tum ratiocinatione; inv I 76. nisi hanc mihi totam rationem omni et personarum genere et litterarum explicaris; Flac 45. cum genere idem sit, fit aliud, quod parte quadam et specie differat; inv I 40. haec partibus sunt innumerabilia, generibus pauca; de or II 289. Amyntas est genere, honore princeps illius civitatis; Flac 72. ea aestimatio genere valet, non magnitudine; fin III 34. — 3. quo e genere nobis notitiae rerum imprimuntur; Ac II 21. de quibus in deliberativo genere causae distinctius erit dicendum; inv I 43. quo item in genere et virtutes et vitia pro ipsis, in quibus illa sunt, appellantur; de or III 168. post: ſ. I, 1. nascitur. propter exquisitius et minime vulgare orationis genus animos hominum ad me dicendi novitate converteram; Bru 321.

geographia, Erdbeſchreibung: de geographia etiam atque etiam deliberabimus; A II 7, 1. de geographia dabo operam ut tibi satis faciam; A II 4, 3.

geometres, Feldmeſſer, Mathematiker: I. geometrae provideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere, et qui omnia vobis, quae describunt, probant; Ac II 116. ut geometrae solent non omnia docere, sed postulare, ut quaedam sibi concedantur, quo facilius, quae volunt, explicent; of III 33. — II, 1. concedo: ſ. I. — 2. alii ad geometras se contulerunt; de or III 58.

geometria, Geometrie: I, 1. adhibenda etiam geometria est; Ac I 6. geometriam Euclide aut Archimede tractante; de or III 132. — 2. Democrito, homini in geometria perfecto; fin I 20. — II. Sex. frater eius praestantissimum ingenium contulerat ad perfectam geometriae scientiam; Bru 175. — III. (dispersa quondam fuerunt) in geometria lineamenta, formae, intervalla, magnitudines; de or I 187.

geometricus, geometriſch: A. in arena geometricas formas quasdam esse descriptas; rep I 29. — B. pusionem quendam Socrates interrogat quaedam geometrica de dimensione quadrati; Tusc I 57.

germanitas, Geſchwiſterſchaft, Brüderlichkeit: I. moveat (te horum) germanitas; Ligar 33. — in domesticis est germanitatis stupris volutatus; har resp 42.

germanus, leiblich, wirklich, echt: germanos se putant esse Thucydidas; orat 32. hanc ego iudico formam summissi oratoris, sed magni tamen et germani Attici; orat 90. insula Arpinas habere potest germanam ἀποθέωσιν; A XII 12, 1. scio me asinum germanum fuisse; A IV 5, 3. cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit; Cael 38. haec germana ironia est; Bru 296. inter hos germanos huius artis magistros; de or II 160. hunc locum germanam patriam esse vestram; leg II 5. quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse L. Lucullus se dixit comperisse; Milo 73.

germen, Keim: sunt prima elementa naturae, quibus auctis virtutis quasi germen efficitur; fin V 43.

gero, tragen, führen, ausführen, verwalten, leiten, bringen, hinbringen, verleben, halten, sich benehmen: I, 1. si est Ceres a gerendo; nat III 52. — 2. qui gessit, non adest; Flac 23. — II, 1. eques Romanus locuples, sui negotii bene gerens (erat procurator); Quinct 62. — 2. omitto, quem ad modum isti se gerant atque gesserint; leg III 18. qui haec omnia pro salute omnium communi consilio, una mente atque virtute gesserunt; Flac 96. ſ. negotium. quorum sunt de amicitia gerenda praeclarissime scripti libri; ep III 8, 5. cum consul bellum gesserim cum coniuratis; Sulla 83. si ita gesseris censuram, ut et debes et potes; ep III 10, 3. adfectionis ratio perspicuam solet prae se gerere coniecturam; inv II 30. et in petendo et in gerendo consulatu; ep XV 13, 1. mater est a gerendis frugibus Ceres tamquam „Geres“; nat II 67. ut nostras inimicitias ipsi inter nos geramus; Balb 60. qui amplissimum magistratum gerunt; Cato 20. gerendus est tibi mos adulescentibus; de or I 105. nemo Gallorum sine cive Romano quicquam negotii gerit; Font 11. ut haberet ad praeturam gerendam plenum annum atque integrum; Milo 24. cum (illi) rerum gestarum gloria florerent; de or I 1. quibus hic rebus consulem ad rem gerendam excitarit; Sest 12. quod rem gestam Dolabellae nimis in caelum videar efferre; A XIV 18, 1. re publica a Dolabella meo praeclarissime gesta; ep XII 1, 1. qui magna fide societatem gerunt; Quinct 13.

gestio, Führung, Ausführung: I. ipsius est negotii gestio pertractanda; inv II 39. — II. in gestione negotii quaeretur locus, tempus, occasio, modus, facultas ‖ facultates ‖; inv I 38.

gestio, ſich freuen, frohlocken, begehren: I. quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur; fin II 14. ut nostri animi negotiis forensibus defessi gestiant ac volitare cupiant vacui cura; de or II 23. cum effuse animus exsultat, tum illa laetitia gestiens vel nimia dici potest; Tusc IV 13. iactatio est voluptas gestiens et se efferens insolentius; Tusc IV 20. — II. quod gestiat animus aliquid agere in re publica; A II 7, 4. cur adventibus te offerre gestias; ep VI 20, 1. gestio scire ista omnia; A IV 11, 1.

gesto, tragen: id (caput) adfixum gestari iussit in pilo; Phil XI 5.

gestus, Geberde, Haltung: I. gestus erat non verba exprimens, sed cum sententiis congruens: manus, umeri, latera supplosio pedis, status, incessus omnisque motus; Bru 141. omnes hos motus subsequi debet gestus, non hic verba exprimens scaenicus, sed universam rem et sententiam non demonstratione, sed significatione declarans; de or III 220. motus et gestus etiam plus artis habebat, quam erat oratori satis; Bru 303. subsequitur: ſ. debet. gestus et motus corporis ita venustus, ut . .; Bru 203. — II, 1. qui agunt in scaena gestum inspectante ‖ spect. ‖ Roscio; de or II 233. umeris gestum agebant; Rab Post 36. qui semel in gestu peccavit, non continuo existimatur nescire gestum; de or I 125. — 2. pecco in: ſ. 1. nescio. — III. homo tam solutus et mollis in gestu, ut . .; Bru 225. — IV. extento brachio paulum etiam de gestu addidit; de or II 242. — V. huic simile vitium in gestu motuque caveatur; of I 130.

gigas, Gigant: quis est ex gigantibus illis, quos poëtae ferunt bellum dis immortalibus intulisse, tam impius, qui . .? har resp 20.

gigno, erzeugen, gebären, hervorbringen, verurſachen, ſchaffen (vgl. **geno**): I, 1. quae (seminum vis) ad gignendum procreandumque plurimum valeat; div II 94. — 2. artis maxime proprium esse creare et gignere; nat II 57. — II. ut idem deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur; Phil XIV 32. ad maiora quaedam nos natura genuit et conformavit; fin I 23. qui (Iuppiter) genuisse Minervam dicitur; nat III 53. »quasi vos sibi dedecori genuere parentes«; fr H X, b, 11. qui genuit in hac urbe dicendi copiam; Bru 255. eas fruges atque fructus, quos terra gignit; nat II 37. cum (Cato) ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni et propagari vellet; Ver V 180. ex avaritia erumpat audacia (necesse est), inde omnia scelera ac maleficia gignuntur; Sex Rosc 75. ad eosdem illos animi motus gignendos; part or 67. quae (res) gignuntur e terra; Ac I 26. scelera: ſ. maleficia. urbem: ſ. alqm; Phil XIV 32. qui (di) utilitates quasque gignebant; nat II 62. — III. deus et ortu et virtute antiquiorem genuit animum; Tim 21.

gladiator, Fechter, Klopffechter, Bandit, pl. Gladiatorenſpiele: (gladiatores) accipere plagam malunt quam turpiter vitare; Tusc II 41. unus furiosus gladiator cum taeterrimorum latronum manu contra patriam gerit bellum; Phil XIII 16. — II, 1. quae (lex) dilucide vetat gladiatores biennio, quo quis petierit aut petiturus sit, dare; Sest 133. gladiatoribus emptis rei publicae causa; of II 58. — 2. quod fugitivo alicui aut gladiatori concedi sit necesse; Catil II 19. — 3. si mihi cum illo bustuario gladiatore decertandum fuisset; Piso 19. — III, 1. fama nostrae severitatis obruet scelerati gladiatoris amentiam; Phil V 32. ut mihi gladiatorum compositiones mitteres; ep II 8, 1. ludorum gladiatorumque consessu; Sest 106. omnem impetum gladiatoris ferociamque compressi; har resp 1. qui gladiatorum muneribus pecunias profundunt; of II 55. crudele gladiatorum spectaculum non nullis videri solet; Tusc II 41. — 2. tamquam mihi cum M. Crasso contentio esset, non cum uno gladiatore nequissimo; Phil II 7. — IV, 1. ut in foro ‖ [cum] ‖ gladiatoribus Gabinii Pompeium adorirentur; A II 24, 3. Hortensius filius fuit Laodiceae gladiatoribus; A VI 3, 9. — 2. sexta palma urbana etiam in gladiatore difficilis; Phil XI 11.

gladiatorius, fechtermäßig, bei Gladiatorenſpielen: casus gladiatorii vetabant me rei publicae penitus diffidere; ep V 13, 3. in ipso illo gladiatorio vitae certamine; de or II 317. gladiatorii consessus dicuntur solere plausus excitare; Sest 115. familiam gladiatoriam nactus est; Sest 134. nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui non . .; Catil II 9. si in gladiatoriis pugnis timidos odisse solemus; Milo 92. in Tusculanum mihi nuntiabantur gladiatorii sibili; fr F VIII 11.

gladius, Schwert: I. excident gladii de manibus; Phil XII 8. fulgentes gladios hostium videbant Decii; Tusc II 59. — II, 1. gladios in rem publicam destrictos rettudimus; Catil III 2. gladium e vagina eduxit; inv II 14. cum gladium scelere imbuisset; Phil V 20. gladium cruentum in vaginam recondidit; inv II 14. retundo: ſ. destringo. video: ſ. I. fulgent. — 2. ut ille in gladium incumberet; inv II 154. — III. in summa impunitate gladiorum; ep X 2, 1. magna gladiorum est licentia; ep IV 9, 4. quorum alter gladiorum est princeps; Phil II 106. — IV, 1. illum (Clodium) plumbeo gladio iugulatum iri; A I 16, 2. se gladio percussum esse; Milo 65. — 2. si tu inimicus ei cum gladio cruento comprensus (es); de or II 170. homines coniuratos cum gladiis in campum deduci a Catilina; Muren 52.

glandifer, Eicheln tragend: „glandifera“ illa quercus nunc sit haec; leg I 2.

glans, Eichel: hunc, pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum; har resp 5. ut sues quasi caprae ex ramis glande pascantur; fr F XII.

glarea, Kies: eo loco pulvis, non glarea iniecta est; Q fr III 1, 4.

gleba (glaeba), Scholle, Erdſcholle: I. vinces non esse arma caespites neque glebas; Caecin 60. — II. non adimi cuiquam glebam de Sullanis agris; agr III 3. non ita dicimus, ut glaebam aut fragmentum lapidis; nat II 82. prius quam in os iniecta gleba est; leg II 57. qui ullam agri glebam possiderent; Ver III 28. illi miseri glebis subigendis exercitati; agr II 84. — III. cum terrae subigerentur fissione glebarum; nat II 159.

glisco, aufflammen: ad invenilem libidinem copia voluptatum ‖ si . . . accessit, al. ‖, gliscit illa ‖ ita ‖ ut ignis oleo; fr F V 74.

globosus, kugelförmig, rund: (animantem) globosum (deus) est fabricatus, quod σφαιροειδές Graeci vocant; Tim 17. quae (stellae) globosae et rotundae; rep VI 15. terra solida et globosa; nat II 98.

globus, Kugel: I. cum videmus globum terrae eminentem e mari; Tusc I 68. cum duae formae praestantes sint, ex solidis globus (sic enim σφαῖραν interpretari placet), ex planis autem circulus aut orbis; nat II 47. stellarum globi terrae magnitudinem facile vincebant; rep VI 16. — II. video: ſ. I. eminet. — III. novem tibi orbibus vel potius globis conexa sunt omnia; rep VI 17.

glomero, zuſammendrängen, häufen: »nunc ea omnia fixa tuus glomerans determinat annus«; div I 19. »haec vetusta saeclis glomerata horridis luctifica clades«; Tusc II 25.

gloria, Ruhm, Ehre, Ehrgeiz, Ruhmſucht, Ruhmredigkeit: I. qui potes dubitare, quin ad consulatum adipiscendum multo plus adferat dignitatis rei militaris quam iuris civilis gloria? Muren 22. gloria est frequens de aliquo fama cum laude; inv II 166. videsne verborum gloriam tibi cum Pyrrhone esse communem? fin III 11. vide, ne haec, quae expetitur, gloria (plus) molestiae habeat quam voluptatis; Tusc V 103. — II, 1. illa gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est; Muren 29. prima est adulescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest; of II 45. eos esse immortalem gloriam consecutos; Sest 143. quod gloriam contemnant; of I 71. si pecunia tanto opere expetitur, quanto gloria magis est expetenda! de or II 172. ſ. I. habet. vereor, ne imminuam summorum virorum gloriam; Phil II 86. hodie hanc gloriam atque hoc orbis terrae imperium teneremus? imp Pomp 53. optima hereditas a patribus traditur liberis gloria virtutis rerumque gestarum; of I 121. — 2. ut me sempiternae gloriae per eum commendari velim, qui . .; ep V 12, 6. qui laudi, qui gloriae (se) natos arbitrantur; Sest 138. quod Q. Metello semper erit maximae gloriae; Planc 89. — 3. non possum dicere Solonem legum et publicae disciplinae carere gloria, Themistoclem bellicae virtutis; Tusc I 110. quod eius (Hannibalis) nomen erat magna apud omnes gloria; de or II 75. maxima fuit (Anaxagoras) et gravitatis et ingenii gloria; Ac II 72. — 4. tot iam menses aut de salute aut de gloria dimicaret? Cael 47. vir ad virtutem, dignitatem, gloriam natus; Sest 89. quorum alterum pertinet ad virorum fortissimorum gloriam sempiternam; Phil XIV 31. ut nostri illi non heroes, sed di futuri in gloria sempiterna sint; A XIV 11, 1. ut (invidia) mihi valeat ad gloriam; Catil III 29. — III, 1. multi cupidi splendoris et gloriae; of I 43. an ipse expers esse debet gloriae? imp Pomp 57. — 2. unum (Pompeium) esse dignum huius imperii gloria; har resp 51. — 3. nonne te Q. illa Claudia aemulam domesticae laudis in gloria muliebri esse admonebat? Cael 34. — IV, 1. hunc (P. Crassum) quoque absorbuit aestus quidam insolitae adulescentibus gloriae; Bru 282. de meo quodam amore gloriae vobis confitebor; Arch 28. adde imperii, adde gloriae cupiditatem; rep I 60. exiguum nobis vitae curriculum natura circumscripsit, immensum gloriae; Rabir 30. quid optabilius ad immortalitatem gloriae (meae)? Vatin 8. propter honestatis et gloriae similitudinem; leg I 32. si eum studium gloriae aliquo impulisset; Vatin 15. ut levitatis est omnes umbras etiam falsae gloriae insectari; Piso 57. — 2. singulari virtute et gloria civem; Milo 73. — 3. de ardore mentis ad gloriam (loquor); Cael 76. commendatio ad: ſ. II, 1. comparo. librum tibi celeriter mittam „de gloria“; A XV 27, 2. „de gloria“ misi tibi; A XVI 2, 6. hanc viam ad gloriam proximam esse; of II 43. — V, 1. quae populari gloria decorari in Lucullo debuerunt; Ac II 4. cum (illi) et honoribus et rerum gestarum gloria florerent; de or I 1. multum is (Procles) fratri rerum gestarum gloria praestitit; div I 91 (90) Cn. Pompeius, vir omnium virtute, sapientia, gloria princeps; Quir 16. qui cum longe omnes belli gloria et virtute superaret; Phil XI 18. — 2. si gloriae causa imperium expetendum est; of III 87. mors oppetatur cum gloria; Phil XII 30.

gloriatio, Rühmen: gloriatione dignam esse beatum vitam; fin IV 50.

gloriola, etwas Ruhm: I. ut nosmet ipsi vivi gloriola nostra perfruamur; ep V 12, 9. — II. quo minus etiam hisce eum ornes gloriolae insignibus; ep VII 5, 3.

glorior, ſich rühmen, prahlen: I. ne nimis gloriari viderer; har resp 16. — II, 1. quoniam de tuis divitiis intolerantissime gloriaris; Vatin 29. — 2. in virtute recte gloriamur; nat III 87. — 3. glorianti cuidam mercatori, quod multas naves dimisisset; Tusc V 40. — 4. cum Asellus omnes se provincias stipendia merentem peragrasse gloriaretur; de or II 258. — III, 1. vita beata glorianda et praedicanda est; Tusc V 50. — 2. nominibus veterum gloriantur; orat 169. ut, quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis; Ligar 20.

gloriose, ruhmvoll, ruhmredig, prahleriſch: nostri ἥρωες, quod per ipsos confici potuit, gloriosissime et magnificentissime confecerunt; A XIV 4, 2. exorsus es non gloriose; de or II 31. ut gloriose loqui desinant; Tusc III 51. solere me de me ipso gloriosius praedicare; dom 93.

gloriosus, ruhmvoll, ruhmredig, prahleriſch: A. ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paulo salubrioribus; A VIII 12, 5. si ille dies tibi gloriosissimus fuit; Ligar 37. mihi crede, homini non glorioso; ep XI 14, 1. deforme est imitari militem gloriosum; of I 137. cum esset proposita aut fuga turpis aut gloriosa mors; fin II 97. ubi (erat) illa magnifica et gloriosa ostentatio civitatis? Flac 52. sive quem ista praepotens et gloriosa philosophia delectat; de or I 193. — B, **a.** qui gloriae cupidos gloriosi reprehendunt; Tusc III 73. — **b.** est philosophi non tam gloriosa quam vera quaerentis; fin V 72.

glutinator, Zuſammenleimer: quibus (librariolis) Tyrannio utatur glutinatoribus; A IV 4, a, 1.

gnarus, kundig: „noti“ erant et „navi“ et „nari“; orat 158. (Periclen) gnarum (fuisse), quibus orationis modis quaeque animorum partes pellerentur; orat 15. qui eius rei gnarus esset; orat 36. (L. Sisenna) gnarus rei publicae; Bru 228.

gnata, Tochter: „gnatam requirens Cassiepia«; fr H IV, a, 694.

gnavus, rührig, tätig: magni et gnavi ‖ navi ‖ aratores; Ver III 120. esset ex inerti et improbo et impuro parente gnavus ‖ navus ‖ et pudens et probus filius; Ver III 161. Nympho est Centuripinus, homo gnavus et industrius; Ver III 53.

grabatus, niedriges Bett, Schragen: deosne

concursare *circum* omnium mortalium non modo lectos, verum etiam grabatos? div II 129.

gracilitas, Schlankheit, Hagerkeit: I. erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis; Bru 313. — II. qui non tam habitus corporis opimos quam gracilitates consectentur; Bru 64.

gradatim, Schritt für Schritt, ſtufenweiſe: ita pedetemptim et gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus, ut . .; ep IX 14, 7. cum (Chrysippus) gradatim interrogetur; Ac II 39. quid opus erat te gradatim istuc pervenire? nat I 89.

gradatio, Steigerung: est etiam gradatio quaedam; de or III 207.

gradior, ſchreiten: I. alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt; nat II 122. — II. fidenti animo gradietur ad mortem; Tusc I 110.

nullum crimen, nullum iudicium, nulla suspicio; Sulla 20.

nuto, ſchwanken: dico ipsum Epicurum nescire et in eo nutare; fin II 6. mihi etiam Democritus, vir magnus in primis, nutare videtur in natura deorum; nat I 120.

nutricor, nähren: omnia sicut membra et partes suas (mundus) nutricatur et continet; nat II 86.

nutricula, Amme: I. cum Gellius, nutricula seditiosorum omnium, testimonium diceret; Vatin 4. — II. ut haberent reliquorum nutriculas praediorum; Phil XI 12.

nutrimentum, Nahrung: educata huius (generis) nutrimentis eloquentia; orat 42.

nutrix, Amme, Ernährerin: I, 1. qui omnia minima mansa ut nutrices infantibus pueris in os inserant; de or II 162. — 2. est illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare volumus; orat 37. — II. ille M. Cato Sapiens cellam penariam rei publicae nostrae, nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat; Ver II 5. — III. ut paene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur; Tusc III 2.

nutus, Neigung, Schwerkraft, Wink, Wille, Befehl: I. an mihi nutus tuus non faceret fidem? A VII 8, 1. nutus tuus potest hominem summo loco natum incolumem in civitate retinere; ep XI 22, 2. — II, 1. tot civitates unius hominis nutum intuentur; Q fr I 1, 22. interfecto rege regios omnes nutus tuemur; ep XII 1, 1. — 2. totum me ad eius viri voluntatem nutumque converterem; ep III 10, 10. — III, 1. terra solida et globosa et undique ipsa in sese nutibus suis conglobata; nat II 98. nec dubitat, quin ego a te nutu hoc consequi possem, etiam si aedificaturus ésses; ep XIII 1, 5. docemur auctoritate nutuque legum domitas habere libidines; de or I 194. ut nutu Iovis optimi maximi factum esse videatur; Catil III 21. sive aliae (atomi) declinabunt, aliae suo nutu recte ferentur; fin I 20. cum (populus) regeretur unius nutu ac modo; rep I 43. ut ea (terra) sua vi nutuque teneatur; de or III 178. is non accurata quadam orationis copia, sed nutu atque verbo libertinos in urbanas tribus transtulit; de or I 38. — 2. ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt et accommodant; orat 24. vgl. II, 2. ut audeant dicere: „tune contra Caesaris natum?“ A XIV 10, 1.

nux, Nuß: „si nucem fregisset“; de or II 266. „tamquam nudus nuces legeret“; de or II 265.

O, ach! o! I. o conservandus civis cum tam pio iustoque foedere! Phil XIII 37. — II. o Q. Catule, tantumne te fefellit, cum . .? dom 113. ferremus o Quinte frater! leg III 26. o mi Furni, quam tu tuam causam non nosti! ep X 26, 2. unde tandem appares, o Socrate? fr F II 2. o fortunate adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris! Arch 24. o di immortales! Sulla 40. o vitae philosophia dux, o virtutis indagatrix expultrixque vitiorum! Tusc V 5. o nomen dulce libertatis! o ius eximium nostrae civitatis! o lex Porcia legesque Semproniae! o graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanae tribunicia potestas! Ver V 163. o immoderata mulier, sciens tu aurum ad facinus dedisti! Cael 53. o Nonae illae Decembres, quae me consule fuistis! Flac 102. o nox illa, quam iste est dies consecutus! Flac 103. — III. o me perditum, o adflictum! ep XIV 4, 3. ſ. medicum. o Academiam volaticam et sui similem! A XIII 25, 3. o exspectatas mihi tuas litteras! o gratum adventum! o constantiam promissi et fidem miram! o navigationem amandam! A IV 19 (17), 1. o magnam artem! Bru 204. o incredibilem audaciam! o impudentiam praedicandam! Phil II 4. o copias desperatas! A IX 18, 2. o praeclarum custodem ovium, ut aiunt, lupum! Phil III 27. o diem nobis optatum! de or I 136. o hominem nequam! A IV 13, 2. o medicum suavem meque docilem ad hanc disciplinam! ep VII 20, 3. o multas et graves offensiones! A XI 7, 3. o rem miseram et incredibilem! A VII 21, 1. o generosam, inquit, stirpem et in istam domum multorum insitam sapientiam! Bru 213. — IV. o caenum, o portentum, o scelus! dom 47. o praeclarum et commemorandum iudicium! o severum edictum! o tutum perfugium aratorum! Ver III 28. o factum male de Alexione! A XV 1, 1. o tempore, o mores! Catil I 2. o praeclarum munus deorum! nat III 73. o poëma tenerum et moratum atque molle! div I 66. o spectaculum illud non modo hominibus, sed undis ipsis et litoribus luctuosum, cedere e patria servatorem eius! Phil X 8. tempora ſ. mores.

ob, gegen nach — hin, vor, wegen, um — willen: I. qui (ignis) est ob os offusus; Tim 49. nullo posito ob oculos simulacro earum rerum; Tim 37. mors ob oculos saepe versata est: Rab Post 39. — II. si mundus globosus est ob eamque causam omnes eius partes undique aequabiles continentur; nat II 116. cum mulier nobilis ob illam iniuriam sese ipsa morte multavisset; rep II 46. ob earum rerum laborem et sollicitudinem fructus illos datos; Ver V 36. accepta pecunia a Dyrrachinis ob necem hospitis tui Platoris; Piso 83. illud caeleste et divinum ob eamque rem aeternum sit necesse est; Tusc I 66. ob eam rem ipsam (Nasicam) magnum et clarum fuisse; of I 109. quam ob rem a vobis haec postulo; Cluent 6. quam ob rem celebratote illos dies; Catil III 23. hoc tu quam ob rem non fecisti? quam ob rem ita pirata iste occultatus est, quasi . .? quam ob rem supplicium non sumpsisti? Ver V 67. tu dic, quam ob rem, cum vellet accedere, non accesserit; Caecin 48. pro meis ob rem publicam susceptis laboribus; ep XV 6, 2. nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore poenarum luendarum causa natos esse; fr F V 95. nummum ob sepulturam datum nemini; Ver V 135. sollicitudinem: ſ. laborem. cum severitas eorum (morum) ob alia vitia cecidisset; leg II 38. — III. se isti pecuniam ob ius dicendum dedisse; Ver II 119. qui ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint; Cluent 129. ita aperte cepit pecunias ob rem iudicandam, ut . .; fin II 54.

obaeratus, verſchuldet: quod obaeratos pecunia sua liberavisset; rep II 38.

obdormisco, einſchlafen: I. quid melius quam in mediis vitae laboribus obdormiscere? Tusc I 117. — II. Endymion ut nescio quando in Latmo obdormivit, nondum est experrectus; Tusc I 92.

obduco, vorziehen, überziehen, verhüllen, bedecken, vorſchieben, zugeben, einziehen, trinken: ut mihi videatur non esse *ἀδύνατον* Curium obducere; A I 1, 2. pluma alias (animantes), alias squama videmus obductas; nat II 121. ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori; Tusc II 36. ne refricare obductam iam rei publicae cicatricem viderer; agr III 3. obduxi posterum diem; A XVI 6, 1. (vocis genus) sine commiseratione grave quoddam et uno pressu ac sono obductum; de or III 219. posteaquam Arcesilas conatus est clarissimis

rebus tenebras obducere; Ac II 16. qui (Theramenes) cum venenum ut sitiens obduxisset; Tusc I 96.

obductio, Verhüllung: carnifex et obductio capitis et nomen ipsum crucis absit non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus; Rabir 16.

obduresco, unempfindlich werden: equidem sic iam obdurui, ut . .; ep XII 18, 2. iam ad ista obduruimus; A XIII 2 (1). alii (amici) nescio quo pacto obduruerunt; ep V 15, 2. nisi diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem novum; ep II 16, 1. nescio quo modo iam usu obduruerat civitatis incredibilis patientia; Milo 76.

obduro, ausharren: obduretur hoc triduum; A XII 3, 1.

obeo, untergehen, sterben, sich unterziehen, übernehmen, wahrnehmen, durchgehen, antreten, besuchen, bereisen: I. ea unde generata, quo modo obitura (sint); leg I 61. »haec (Cassiepia) obit inclinata«; fr H IV, a, 700. quis in reliquis orientis aut obeuntis solis ultimis partibus tuum nomen audiet? rep VI 22. — II. multi clarissimi viri annum petitionis suae non obierunt; ep X 25, 2. nolite exspectare, dum omnes obeam oratione mea civitates; Ver II 125. (Octavianus) cogitat reliquas colonias obire; A XVI 8, 1. obieris Quinti fratris comitia; A I 4, 1. diem edicti obire neglexit; Phil III 20. cui nostrum [non] licet fundos nostros obire? de or I 249. iudicia privata magnarum rerum obire; de or I 173. legationibus flagitiose obitis; Font 34. si (Pompeius) mortem tum obisset; Tusc I 86. quo tempore ceteri praetores obire provinciam consuerunt; Ver V 80. ut nostras villas obire et mecum simul lecticula concursare possis; ep VII 1, 5. vadimonium mihi non obiit quidam socius et adfinis meus; Quinct 54.

obicio, entgegenwerfen, entgegenstellen, preisgeben, aussetzen, vorhalten, darbieten, vorwerfen: I. ut ipse accusator obiecit; Sex Rosc 39. — II, 1. de Cispio mihi igitur obicies? Planc 75. — 2. in qua (oratione Cato) obiecit ut probrum M. Nobiliori, quod is in provinciam poëtas duxisset; Tusc I 3. — 3. surgit pulchellus puer, obicit mihi me ad Baias fuisse; A I 16, 10. — III. quod ad omnes casus subitorum periculorum magis obiecti sumus, quam si abessemus; ep VI 4, 3. quod a te mihi obiectum est; Phil II 32. Sex. Roscio temporis illius acerbitatem iniquitatemque obicient? Sex Rosc 81. maximo aggere obiecto; rep II 11. obiecta est Asia; Muren 11. ego meum saepe corpus et vitam obieci armis inimicorum tuorum; Milo 100. a C. Macro obiectum esse crimen id C. Rabirio; Rabir 7. ut nullum probrum, nullum facinus, nulla turpitudo ab accusatore obiceretur; Font 37. nullam tibi obicio fortunam; Ver V 131. cum mihi furta, libidines, largitiones obiciuntur; dom 93. iniquitatem: s. acerbitatem. probrum: s. facinus. II, 2. quibus ego rebus obiectis multa mecum ipse reputavi; sen 32. cum aliqua species utilitatis obiecta est, commoveri necesse est; of III 35. hoc tempus omne post consulatum obiecimus [iis] fluctibus, qui in nosmet ipsos redundarent; de or I 3. turpitudinem: s. facinus. visum est tale obiectum dormienti, ut . .; div II 143. vitam: s. corpus.

obiecto, vorrücken, vorwerfen: mihi lacrimulam Cispiani iudicii obiectas; Planc 76. quodsi probrum mihi nullum obiectas; dom 76.

obiectus, Entgegenstellen: eadem obiectu suo umbram noctemque efficiat; rep IV 1.

obitus, Untergang, Tod, Vernichtung: I. soli ex animantibus nos astrorum ortus, obitus cursusque cognovimus; nat II 153. signorum ortus obitusque perdiscere; fat 17. »serius haec obitus terrai visit Equi vis«; fr H IV, a, 291. — II, 1. (possent) aestus maritimi fretorumque angustiae ortu aut obitu lunae commoveri? nat II 19. — 2. qui dies post obitum occasumque vestrum rei publicae primus inluxit; Piso 34.

obiurgatio, Tadel, Verweis: I. habenda ratio est, ut obiurgatio contumelia careat; Lael 89. etiam est obiurgatio; de or III 205. deliciarum obiurgatio fuit longa; Cael 27. meae obiurgationes fuerunt amoris plenissimae; Q fr I 2, 13. quod acerbitatis habet obiurgatio; of I 137. obiurgationes etiam non numquam incidunt necessariae; of I 136. — II. tum obiurgatio (opponitur), si est auctoritas; tum admonitio quasi lenior obiurgatio; de or II 339. nunc reprimam susceptam obiurgationem; A IV 16, 7. — III. ut potius relevares me quam ut castigatione aut obiurgatione dignum putares; A III 10, 3.

obiurgator, Tadler: I. non modo accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui, quod in altero vitium reprehendit, in eo ipso deprehenditur; Ver III 4. — II. ut obiurgatores suos convinceret; div I 111. deprehendo, fero: s. I. qua quidem in causa benivolos obiurgatores placare possumus; nat I 5.

obiurgatorius, scheltend: una cum illius (Bruti epistula) obiurgatoria tibi meam quoque misi; A XIII 6, 3.

obiurgo, tadeln, schelten: I. ut obiurget aliquando; orat 138. — II. in quo te obiurgem; ep III 8, 6. quod me tam saepe et tam vehementer obiurgas; A III 10, 2. me obiurgavit vetere proverbio; A VI 5, 2. vgl. III, 2. et monendi amici saepe sunt || sunt saepe, al. || et obiurgandi; Lael 88. obiurgavi senatum, ut mihi visus sum, summa cum auctoritate; A I 17, 8. — III, 1. cum te ipsum obiurgabam, quod ministratorem peteres, non adversarium; de or II 305. in quo cum obiurgarer, quod nimio gaudio paene desiperem; ep II 9, 2. — 2. qua (epistula) me obiurgas et rogas, ut sim firmior; A III 15, 1.

oblanguesco, ermatten: litterulae meae sive nostrae tui desiderio oblanguerunt, hac tamen epistula oculos paulum sustulerunt; ep XVI 10, 2.

oblectamentum, Unterhaltung: ut illi haberent haec oblectamenta et solacia servitutis; Ver IV 134. ut meae senectutis requiem || requietem || oblectamentumque noscatis; Cato 52. possum persequi permulta oblectamenta rerum rusticarum; Cato 55.

oblectatio, Genuß, Lust: I. quae ista potest esse oblectatio deo? quae si esset, non ea tam diu carere potuisset; nat I 22. — II, 1. indagatio ipsa rerum habet oblectationem; Ac II 127. auribus oblectatio magna parta est temperata varietate sonorum; Tusc I 62. in quibus (artibus) non utilitas quaeritur necessaria, sed animi libera quaedam oblectatio; de or I 118. — 2. careo: s. I. — III. in eadem (amicitia Scipionis mihi) requies plena oblectationis fuit; Lael 103. — IV. alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione sollertiae; Tusc V 66.

oblecto, unterhalten, ergötzen, erfreuen: cum iis me oblecto, qui res gestas aut orationes scripserunt suas; de or II 61. quod in communibus miseriis hac tamen oblectabar specula; ep II 16, 5. ut quam diutissime te iucunda opinione oblectarem; Q fr I 1, 1. oblecta te cum Cicerone nostro quam bellissime; Q fr II 11 (13), 4. spes quaedam me oblectabat fore ut aliquid conveniret; A IX 10, 3. enumeratio exemplorum, non ut animum malivolorum oblectet. adfertur, sed ut . .; Tusc III 60. haec studia senectutem oblectant; Arch 16. ne illa (virtus) se multis solaciis oblectat; rep III 40.

oblido, zudrücken: ut illi aniculae collum digitulis duobus oblideret; Scaur 10.

obligo, binden, hindern, belegen, belasten, verbinden, verpflichten, verpfänden: I. num is, qui

mancipio dedit, ob eam rem se ulla re obligavit? Top 45. magno beneficio eius (L. Lamiae) magnoque merito sum obligatus; ep XI 16, 2. quibuscumque officiis Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore; ep XIII 18, 2. audebo etiam obligare fidem meam vobis; Phil V 51. quo minus castissimos ludos omni scelere obligares; har resp 27. quin tam honestum municipium tibi tuo summo beneficio in perpetuum obligari velis; ep XIII 4, 2. cum populum Romanum scelere obligasses; dom 20. qui (Aesculapius) primus vulnus dicitur obligavisse; nat III 57. — II. obligatus ei (Dolabellae) nihil eram; ep VI 11, 1.

oblimo, mit Schlamm überziehen: mollitos et oblimatos agros ad serendum (Nilus) relinquit; nat II 130.

oblino, beſtreichen, beſudeln, beflecken: ille unguentis oblitus inrisit squalorem vestrum; sen 12. (eloquentia) ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus; Bru 51. cum eas (facetias nostrates) videam oblitas Latio; ep IX 15, 2. si Ialysum illum suum caeno oblitum videret; A II 21, 4. ut (iudices) non cera, sed caeno obliti esse videantur; Ver V 173. qua (libidine) Antoniorum oblita est vita; Phil XIV 9.

oblique, ſchräg: erit hoc quasi provincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur; fin I 20.

obliquus, ſchräg, ſchief: (eos) partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis; rep VI 20. si animal omne. ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino; div I 120.

oblitesco, ſich verbergen: quibus temporibus a nostro aspectu oblitescant (di); Tim 37.

oblittero, auslöſchen: quod in illo viro maximis rebus, quas postea gessit, oblitterandum (esset); Vatin 15. qui publici mei beneficii memoria privatam offensionem oblitteraverunt; sen 21.

oblivio, Vergeſſen, Vergeſſenheit: I. ut eos iustitiae capiat oblivio; of I 26. quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla umquam delebit oblivio; ep II 1, 2. ut tuas laudes obscuratura nulla umquam sit oblivio; Marcel 30. — II, 1. an dies auget eius desiderium an magis oblivionem? prov 29. — 2. existimavit homines in oblivionem totius negotii esse venturos; Ver IV 79. ut laudem eorum iam prope senescentem ab oblivione hominum atque a silentio vindicarem; de or II 7. — III. non oblivione amicitiae nostrae ad te nullas litteras misi; ep V 17, 1. hunc vetustas oblivione obruisset; Bru 60. ea (Cluentius), si oblivione non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur; Cluent 18.

obliviosus, vergeßlich: memor an obliviosus (sit); inv I 35. quos ait Caecilius „comicos stultos senes“, hos ‖ hoc ‖ significat credulos, obliviosos, dissolutos; Cato 36.

obliviscor, vergeſſen, nicht gedenken: I. qui respondisse dicitur oblivisci se malle discere; Ac II 2. — II, 1. an obliti estis, quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis? agr II 80. — 2. quod auspicari esset oblitus; nat II 11. me obsecras, ne obliviscar vigilare; A VI 1, 20. — 3. non possum oblivisci meam hanc esse patriam; Catil II 27. — III, 1. nisi forte (Baiae) sunt oblitae sui; ep IX 12, 1. quis est civis tam oblitus beneficii vestri, tam immemor patriae, quem . .? Phil VI 18. oblitum me putas consilii, sermonis, humanitatis tuae? ep XI 27, 3. me nunc oblitum consuetudinis et instituti mei rarius ad te scribere; A IV 17, 1. non nos quidem ut nostrae dignitatis simus obliti; ep I 7, 7. ut tuis inimicitiis suscipiendis oblivisceretur prope ‖ patroni ‖ omnium fortunarum ac rationum suarum; ep III 10, 5. humanitatis: ſ. consilii. quae natura suae primae institutionis oblita est? IV 32. instituti: ſ. consuetudinis. iubes me bona cogitare, oblivisci malorum; Tusc III 35. rationum: ſ. fortunarum. obliti salutis meae de vobis ac de vestris liberis cogitate; Catil IV 1. sermonis: ſ. consilii. num potui magis oblivisci temporum meorum, meminisse actionum? ep I 9, 8. — 2. quasi aliquid esset oblitus; of III 113. quia oblivisci me scripsi ante facta et delicta nostri amici; A IX 9, 1. obliviscor iam tuas iniurias; Cael 50. an vero obliti estis inimicorum Milonis sermones et opiniones? Milo 62.

obloquor, widerſprechen: I. tu vero ut me et appelles et interpelles et obloquare et conloquare, velim; Q fr II 8 (10), 1. — II. tacita vestra exspectatio, quae mihi obloqui videtur: „quid ergo? negasne . .? Cluent 63.

obmutesco, verſtummen, ſchweigen, aufhören: I. Aius iste Loquens, cum eum nemo norat, et aiebat et loquebatur; posteaquam et sedem et aram et nomen invenit, obmutuit? div II 69. videsne, ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? Tusc II 50. subito eloquentia obmutuit; Bru 22. nisi (homines) plane obmutuerunt; A IX 19, 4. pontifici non linguam obmutuisse; dom 135. cum obmutuisset senatus, iudicia conticuissent; Piso 26. paulo ante, quam hoc studium nostrum conticuit subito et obmutuit; Bru 324. — II. de me semper omnes gentes loquentur, nulla umquam obmutescet vetustas; Milo 98.

obnubilus, umwölkt: quae timeretis, „pallida Leti, obnubila tenebris loca“; Tusc I 48.

obnubo, verhüllen: CAPUT OBNUBITO, ARBORI INFELICI SUSPENDITO; Rabir 13.

obnuntatio, Meldung böſer Vorzeichen, Warnung: I. veram fuisse obnuntiationem exitus approbavit; div I 29. — II. obnuntiationibus per Scaevolam interpositis; A IV 17, 4. dirarum obnuntiatione neglecta; div I 29. — III. comitiorum cotidie singuli dies tolluntur obnuntiationibus; Q fr III 3, 2.

obnuntio, böſe Vorzeichen melden, warnen: I, 1. Metellus postulat, ut sibi postero die in foro obnuntietur; A IV 3, 4. — 2. nisi Milo in campum obnuntiasset, comitia futura; A IV 3, 4. — II. augur auguri, consul consuli obnuntiasti; Phil II 83. — III. qui (P. Sestius) cum auspiciis religionique parens obnuntiaret, quod senserat; Sest 83.

oboedientia, Gehorſam: I. si servitus sit, sicut est, oboedientia fracti animi et abiecti et ‖ abi. ‖ arbitrio carentis suo; par 35. — II. relinquunt (appetitus) et abiciunt oboedientiam nec rationi parent; of I 102.

oboedio, gehorchen, ſich fügen: I. haec (ratio) ut imperet illi parti animi, quae oboedire debet; Tusc II 47. — II. ut (corpus) oboedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis; of I 79. et hic (mundus) deo paret et huic oboediunt maria terraeque; leg III 3. natio semper oboediens huic imperio; Piso 84. ut obtemperent oboediantque magistratibus; leg III 5. rationi: ſ. consilio. quantum in hac urbe polleat multorum oboedire tempori; Bru 242.

oborior, aufgehen: vide, quanta lux liberalitatis et sapientiae tuae mihi apud te dicenti oboriatur; Ligar 6.

obrepo, heranſchleichen, ſich einſchleichen, heranrücken: obrepsisti ad honores errore hominum; Piso 1. qui citius adulescentiae senectus quam pueritiae adulescentia obrepit? Cato 4. obrepsit dies; A VI 3, 1. nullae imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus; div II 139. senectus: ſ. adulescentia.

obrigesco, erſtarren: ita Sopater de statua C. Marcelli, cum iam paene obriguisset, vix vivus aufertur; Ver IV 87. quod pars earum (regionum) obriguerit nive pruinaque; nat I 24.

obrogatio, Änderungsvorſchlag: tertium est

de legum obrogationibus ‖ derogationibus, al. ‖, quo de genere persaepe S. C. fiunt; fr A VII 23.

obrogo, ändern, aufheben: I. quod per legem Clodiam PROMULGARE, ABROGARE, DEROGARE, OBROGARE SINE FRAUDE SUA NON LICEAT; A III 23, 3. — II. quid, quod obrogatur legibus Caesaris? Phil I 23. huic legi nec obrogari fas est neque derogari ex hac aliquid licet neque tota abrogari potest; rep III 33.

obruo, überſchütten, überladen, bedecken, vergraben, verbergen, verdunkeln, vernichten: quod ante, quam ad discendum ingressi sumus, obruimur ambitione et foro; de or I 94. hunc vetustas oblivione obruisset; Bru 60. obruitur aratorum testimoniis; Ver II 151. obrutus vino; Phil XIII 31. te rogo, ne te obrui tamquam fluctu sic magnitudine negotii sinas; Q fr I 1, 4. Albanorum obrutae arae; Milo 85. iste parentum nomen, sacra, memoriam, gentem Fonteiano nomine obruit; har resp 57. ut id (malum) obruatur sapientia vixque appareat; Tusc III 80. memoriam, nomen: ſ. gentem. quod di omen obruant! har resp 42. ranae marinae dicuntur obruere sese harena solere; nat II 125. sacra: ſ. gentem. ut testem omnium risus obrueret; de or II 285. quo loco thesaurum obruisset; Cato 21.

obrussa, Feuerprobe: quo magis expurgandus est sermo et adhibenda tamquam obrussa ratio, quae mutari non potest; Bru 258.

obsaepio, verſperren: haec omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsaepiebant; Muren 48.

obscene, anſtößig, unſittlich: „cum“ autem „nobis“ non dicitur, sed „nobiscum“; quia, si ita diceretur, obscenius concurrerent litterae; orat 154. fraudare, adulterare re turpe est, sed dicitur non obscene; of I 128. cuius (Mercurii) obscenius excitata natura traditur; nat III 56. „hanc culpam maiorem an illam dicam?“ potuit obscenius? ep IX 22, 2.

obscenitas, Unanſtändigkeit, Anſtößigkeit: I. nec aperta petulantia vacat orationis obscenitas; of I 127. — II, 1. si rerum turpitudini adhibetur verborum obscenitas; of I 104. verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda; de or II 242. — 2. si quod sit in obscenitate flagitium, id aut in re esse aut in verbo; ep IX 22, 1. — III. quas (litteras) ego propter turpissimam obscenitatem verborum praetereundas puto; Flac 34.

obscenus, anſtößig, unſittlich, unheilvoll: A. nihil esse obscenum, nihil turpe dictu; ep IX 22, 1. hic etiam miramur, si illam commenticiam pyxidem obscenissima sit ‖ est ‖ fabula consecuta? Cael 69. quem ad modum iste ominibus obscenis omnia et pronuntiarit et fecerit; dom 140. iam etiam non ‖ non etiam ‖ obscena verba pro obscenis sunt; ep IX 22, 4. cum versus obscenissimi in Clodium et Clodiam dicerentur; Q fr II 3, 2. obscenas voluptates in medio sitas esse dicunt; Tusc V 94. — B. in verbis honestis obscena ponimus; ep IX 22, 4.

obscuratio, Verdunkelung, Verfinſterung: I. licebit quaerere de istis ipsis obscurationibus, quae propter exiguitatem vix aut ne vix quidem appareant; fin IV 32. — II, 1. quibus in rebus tanta obscuratio non fit; fin IV 30. — 2. quaero de: ſ. I. — III. obscuratione solis; fr F V 54.

obscure, dunkel, undeutlich, unverſtändlich, unmerklich, geheim: cum id, quod ipsum adiuvat, obscure dicitur et neglegenter; inv I 30. semel obscure dicitur et neglegenter; inv I 30. si obscurius dixeris; de or II 329. quam argute, quam obscure etiam contra Stoicos (nobis erit) disserendum! Ac I 7. mendicitatem tuam numquam obscure tulisti; par 45. L. Catilinam caedem senatus, interitum urbis non obscure, sed palam molientem; Piso 5. huic ne perire quidem tacite obscureque conceditur; Quinct 50. si obscure scribam, tu tamen intelleges; A II 19, 5. quibus in provinciis non obscure versatus est; Flac 5 (3. 26).

obscuritas, Dunkelheit, Unverſtändlichkeit, Unklarheit, Unberühmtheit: I. cum rerum obscuritas, non verborum, facit, ut non intellegatur oratio; fin II 15. quo pertinent obscuritates et aenigmata somniorum? div II 132. a libris te obscuritas reiecit; Top 3. — II, 1. ut oratio, quae lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem et tenebras adferat; de or III 50. quae (signa) minus habent vel obscuritatis vel erroris; ep VI 6, 7. — 2. omnia, quae in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut . .; Cluent 66. quoniam philosophia in tres partes est tributa, in naturae obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores; de or I 68. — alqd: ſ. II, 1. — IV, 1. saepe res parum est intellecta longitudine magis quam obscuritate narrationis; inv I 29. quae naturae obscuritate occultantur; fin V 51. — 2. quorum prima aetas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignoratione versatur; of II 45.

obscuro, verdunkeln, verbergen, bedecken, vergeſſen machen: si erunt mihi plura ad te scribenda, *ἀλληγορίαις* obscurabo; A II 20, 3. ut ab his (bonis animi) corporis et externa obscurentur; Tusc V 119. si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios potest; Catil I 6. ut tuas laudes obscuratura nulla umquam sit oblivio; Marcel 30. (luna) subiecta atque opposita soli radios eius et lumen obscurat; nat II 103. posteaquam exstinctis eis ‖ his ‖ omnis eorum memoria sensim obscurata est et evanuit; de or II 95. nummus in Croesi divitiis obscuratur; fin IV 31. quia animi permotio perturbata saepe ita est, ut obscuretur ac paene obruatur; de or III 215. radios: ſ. lumen. cum obscurato sole tenebrae factae essent repente; rep I 25.

obscurus, dunkel, unverſtändlich, undeutlich, unklar, unſicher, unbekannt, unberühmt, verſteckt, heimlich: A. quod difficilius est non esse obscurum in re narranda; de or II 329. Amphiaraus et Tiresias non humiles et obscuri, sed clari et praestantes viri; div I 88. quid, si equitibus non obscuris neque ignotis, sed honestis et inlustribus manus ab Apronio adferebantur? Ver III 60. obscurum (causae genus est), in quo aut tardi auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa est implicata; inv I 20. nonne in ea causa ius applicationis, obscurum sane et ignotum, patefactum in iudicio atque inlustratum est a patrono? de or I 177. Q. Pompeius, humili atque obscuro loco natus; Ver V 181. ut in obscuro odio apertas inimicitias ostenderem, ep III 10, 6. quod erant multa (oracla) obscura, multa ambigua; div I 116. haec pars orationis obscura est; de or II 329. neque obscuris personis nec parvis in causis res agetur; ep III 5, 2. in obscuris naturalibusque quaestionibus; part or 64. quem ad modum res obscurae dicendo fierent apertiores; inv II 156. quia, quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior; nat I 60. illae contiones ita multas habent obscuras abditasque sententias, vix ut intellegantur; orat 30. ut multas me etiam simultates partim obscuras, partim apertas intellegam suscepisse; imp Pomp 71. nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe et caeca exspectatione pendere; agr II 66. si obscurior *et* quasi caliginosa stella exstiterit; div I 130. si obscuri testes erunt aut tenues; part or 117. deosne obicere iis (mortalibus) visa quaedam tortuosa et obscura; div II 129. — B, I. dices ista ipsa obscura planius, quam dicuntur a Graecis; Tusc IV 10. — II. etiam a certis et inlustrioribus cohibes adsensum; hoc idem me in obscuris facere non sinis; Ac II 94.

obsecratio, Flehen, Bitte: I. etiam est obsecratio; de or III 205. — II, 1. eius vos obsecrationem repudiare, cuius . .; Font 48. — 2. si prece et

obsecratione humili ac supplici utemur; inv I 22. — III. quartus decimus (locus est), qui per obsecrationem sumitur; inv I 109.

obsecro, anflehen, bitten, beſchwören: I. quod ab eo pridie, cum multis lacrimis cum oraret atque obsecraret, Heraclius impetrare non potuerat; Ver II 42. obsecro, Torquate, haec dicit Epicurus? fin II 21. — II, 1. cave te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat; Ligar 14. — 2. noli, obsecro, dubitare . .; Ligar 37. quam (facultatem) complectere, obsecro; ep X 19, 2. — 3. obsecro, abiciamus ista; A XIII 31, 3. — 4. non solum hortabor, ut elaboret, sed etiam obsecrabo; de or II 85. obsecrans per deos immortales, ut secum iure contenderent; Quinct 96. — 5. qui omnes ad eum multique mortales oratum obsecratumque venerant, ut ne meas fortunas desereret; Piso 77. — III. quid, obsecro te, me miserum! quid futurum est? ep XIV 1, 5. sed obsecro te, quid est quod audivi de Bruto? A XVI 7, 8 — IV, 1. qui pro salute mea populum Romanum supplex obsecrasset; sen 31. — 2. vos, Quirites, oro atque obsecro, adhibeatis misericordiam; Rabir 5. — 3. (filius) obsecrabit patrem, ne id faciat; of III 90. me obsecras amantissime, ne obliviscar vigilare et ut animadvertam, quae fiant; A VI 1, 20. ſ. 5. — 4. ad me obsecro te ut omnia certa perscribas; A III 11, 2. id ut facias, te obtestor atque obsecro; A XI 1, 1. ſ. 3. — 5. illud unum vos magno opere oro atque obsecro, ne putetis . .; Planc 56.

obsecundo, begünſtigen: ut eius semper voluntatibus venti tempestatesque obsecundarint; imp Pomp 48.

obsequium, Nachgiebigkeit: I. cui (Dionysio) qui noster honos, quod obsequium defuit? A VIII 4, 1. omne meum obsequium in illum fuit cum multa severitate; A X 4, 6. obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens praecipitem amicum ferri sinit; Lael 89. — II. in obsequio comitas adsit; Lael 89. ea non sunt ab obsequio nostro; A X 11, 3. — III. mulieres delectari obsequio et comitate adulescentis; A VI 6, 1. effeci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me carior; A VII 1, 2. comprehendere multos amicitia, tueri obsequio; Lael 13.

obsequor, willfahren, nachgeben, folgen: I. ne, dum huic obsequor, vobis molestus sim; fin V 8. auspiciis plurimum obsecutus est Romulus; rep II 16. consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor; orat 157. obsequere huic errori meo; A XII 25, 2. obsequor homini familiarissimo; ep XIII 75, 1. obsequar studiis nostris; de or I 3. cum studio tuo sim obsecutus; orat 2. ut in navigando tempestati obsequi artis est; ep I 9, 21. obsequar voluntati tuae; fin II 17. — II. quam ob rem, Cluenti, de te tibi obsequor; Cluent 149.

obsero, beſäen: cum (campum Leontinum) obsitum vidisses; Ver III 47. frugibus (terra) obserebatur; leg II 63.

observans ſ. **observo,** I, 2. III, 1.

observantia, Aufmerkſamkeit, Hochachtung, Ehrerbietung: I. neque meam tibi observantiam defuisse; ep V 8, 3. observantia (est), per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur; inv II 161. — II, 1. observantiam (eam appellant), per quam aetate aut sapientia aut honore aut aliqua dignitate antecedentes reveremur ‖ veneremur, al. ‖ et colimus; inv II 66. nulla est poena, quae possit observantiamt enuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere; Muren 71. — 2. qua in omnibus officiis tuendis erga te observantia et constantia fuissem; ep III 9, 1. — 3. magnam ex eorum splendore et observantia capies voluptatem; ep XII 26, 2. — III. ne magnum onus observantiae Bruto nostro imponerem; ep XIII 11, 1. — IV, 1. Sex. Aufidius observantia, qua me colit, accedit ad proximos; ep XII 27, 1. Servius summa me observantia colit; ep IV 4, 5. ſ. accedere. ego virtute atque observantia filii tui monitus nullo loco dero; ep V 17, 5. — 2. per ſ. I. II, 1.

observatio, Wahrnehmung, Beobachtung: I. quae si a natura profecta observatio atque usus agnovit; div I 131. observatio diuturna notandis rebus fecit artem; div II 146. — II, 1. observationes, testificationes, seductiones testium animadvertebant; Muren 49. — 2. artificiosum (genus divinandi) constare partim ex coniectura, partim ex observatione diuturna; div II 26. — III. adfert vetustas omnibus in rebus longinqua observatione incredibilem scientiam; div I 109. natura magis tum casuque, nunquam aut ratione aliqua aut ulla observatione fiebat; Bru 33. ut poëticae versus inventus est terminatione aurium, observatione prudentium; orat 178. quae portentis, quae astris, praesentiuntur, haec notata sunt observatione diuturna; div I 109.

observito, beachten, beobachten: principio Assyrii traiectiones motusque stellarum observitaverunt; div I 2. neque solum deorum voces Pythagorei observitaverunt, sed etiam hominum, quae vocant omina; div I 102.

observo beobachten, lauern, darauf achten, halten, einhalten, ehren, verehren: I, 1. quo modo haec infinita observando notare possumus? div II 146. — 2. ut paucos aeque observantes atque amantes me habere existimem; A XVI 16, 3. — II, 1. observant, quem ad modum sese unus quisque nostrum gerat; Ver pr 46. — 2. quod ne accidat, observari nec potest nec necesse est; orat 190. nec (videtur vera amicitia) observare restricte ‖ stricte ‖, ne plus reddat quam acceperit; Lael 58. — 3. cum observetur, ut casta corpora adhibeantur; leg II 24. — III, 1. A Fufium, observantissimum studiosissimumque nostri; ep XIII 3. — 2 (Calvus) ipse sese observans; Bru 283. cum ‖ quam ‖ me colat et observet; ep IV 3, 4. observor a familiarissimis Caesaris omnibus; ep VII 24, 1. cum (Patro) te quoque et tuos omnes observabat; ep XIII 1, 2. me, quae soleres in dicendo observare, docuisti; de or I 97. quae observata sunt in usu ac tractatione dicendi; de or I 109. centesimas me observaturum cum anatocismo anniversario; A V 21, 11. cum gratias agam, quod meas commendationes tam diligenter observes; ep XIII 27, 1. qui (P. Sestius) ita suum consulem observavit, ut . .; Sest 8. sum ab observando homine perverso liber; A I 13, 2. omnes eos (patronos hospitesque) colere atque observare destiterunt; Sex Rosc 106. omnia momenta observabimus; ep VI 10, 5. sunt quidam oratori numeri observandi ratione quadam; orat 77. hereditatis spes quem nutum locupletis orbi senis non observat? par 39. cum praesertim tam multi occupationem eius observent tempusque aucupentur; Sex Rosc 22. patronos: ſ. hospites. habeo alia signa, quae observem; ep VI 6, 7. ut inimicitia (sit) ira ulciscendi tempus observans; Tusc IV 21. ei praecepi, ut tempus observaret epistulae tibi reddendae; ep XI 16, 1.

obses, Geiſel, Bürge: I. tuus parvus filius pacis obses fuit; Phil. I 31. — II. ab iis Pindenisso capto obsides accepi; ep XV 4, 10. (Staienus) hanc condemnationem dederat obsidem Bulbo et ceteris, ut destitutus ab Oppianico videretur; Cluent 83. habet a M. Caelio res publica duas accusationes obsides periculi; Cael 78. — III. quae (pax) erat facta per obsidem puerum nobilem; Phil II 90.

obsessio, Einſchließung, Belagerung: quoniam non Capitolii atque arcis obsessio est; Rabir 35. — II. hunc concedis nullius obsessionis, nullius proelii expertem fuisse; Balb 6. — III. ut omnes copiae regis diuturnitate obsessionis consumerentur; Muren 33.

obsessor, Belagerer: quis est Sergius? fori depopulator, obsessor curiae; dom 13.

obsideo, beſetzt halten, belagern, einſchließen, blockieren, in Anſpruch nehmen, ſich bemächtigen, abpaſſen: cum is, qui audit, ab oratore iam obsessus est ac tenetur; orat 210. qui consulem inclusum obsederis; Vatin 23. corporibus omnis obsidetur locus; leg III 19. nos, quoniam superum mare obsidetur, infero navigabimus; A IX 19, 3. ne Mutinam obsideat; Phil VI 4. Milonem gladiatoribus et bestiariis obsedisse rem publicam; Vatin 40. cum speculatur atque obsidet rostra moderatrix officii curia; Flac 57. quibus (turmis equitum) inclusum in curia senatum Salamine obsederat; A VI 1, 6. iacere humi ad obsidendum stuprum; Catil I 26. hominem ab isto quaesitum esse, qui meum tempus obsideret; Ver pr 6. ex illo obsesso atque adflicto tribunatu; Vatin 16. urbem Asiae clarissimam obsessam esse ab ipso rege et oppugnatam vehementissime; imp Pomp 20.

obsidio, Einſchließung, Bedrängnis: I, 1. Narbonensis colonia nuper obsidione hostium liberata; Font 46. cum (C. Marius) obsidione rem publicam liberasset; Rabir 29. — 2. qui ex obsidione faeneratores exemerit; ep V 6, 2. — II. solet ipse accipere manicas nec diutius obsidionis metum sustinere; Phil XI 26. — III. urbes partim vi, partim obsidione cepit; Muren 20.

obsignator, Unterſiegler: I. quod probavit Caesar nobis testibus et obsignatoribus; A XVI 16, 15. — II, 1. qui te obsignatorem adhibuerunt; A XIV 14, 5. neque earum auctorem litterarum neque obsignatorem nominabis? Cluent 186. — 2. quod scribis Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui; A XII 18, a, 2.

obsigno, unterſiegeln, verſiegeln: I, 1. ad obsignandum tu adhibitus non sine causa videris; A XIV 3, 2. quod non advocavi ad obsignandum; A XII 18, a, 2. — obsignat signis amicorum providens homo; Ver V 102. — II. ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo: „solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum nec occlusum“; de or II 248. quod (decretum) ego obsignavi cum multis amplissimis viris; A XVI 16, 11. obsignata iam ista epistula; A VIII 6, 1. quas ego litteras obsignandas publico signo deportandasque curavi; Ver IV 140. matrona visa est in quiete obsignatam habere naturam; div II 145. pecunia obsignata in manibus Scamandri deprehenditur; Cluent 47. tabulae obsignantur; inv II 149. testamentum simul obsignavi cum Clodio; Milo 48.

obsisto, entgegenſtellen, ſich entgegenſtellen, widerſetzen, Widerſtand leiſten: I, 1. causam ita popularem, ut non posset obsisti; leg III 26. — 2. frequentes armati obstiterunt; Caecin 21. nisi quae vis obstitit; nat II 35. — II, 1. ne: ſ. IV. — 2. quo minus: ſ. III. naturis. — III. ambitionem putabis mihi obstitisse; A I 1, 4. multis obsistentibus eius erga me studio atque amori; Piso 76. me agrariae legi et commodo vestro obsistere; agr III 3. quod ingenium, quae facultas dicendi, quae defensio huic uni crimini potuit obsistere? Cluent 48. ut tamquam hosti sic obsistat dolori; Tusc II 51. sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, sed fortunam populi Romani obstitisse; Catil I 15. hosti: ſ. dolori. legi: ſ. commodo. ceteris naturis multa externa, quo minus perficiantur, possunt obsistere; nat II 35. esti maximam actionem puto obsistere opinionibus; Ac II 108. sceleri: ſ. furori. obstiti eius sermoni; Q fr I 2, 5. studio: ſ. amori. — IV armatos se tibi obstitisse, ne in aedes accederes; Caecin 36. »idem (haruspices) fulgora ‖ fulgura ‖ atque obstita pianto«; leg II 21.

obsolefio, den Glanz verlieren: in homine turpissimo obsolefiebant dignitatis insignia; Phil II 105.

obsolesco, obsoletus, veralten, abkommen, den Wert verlieren, vergehen, part. alt, abgenutzt, alltäglich: quae propter vetustatem obsolverint; inv I 39. quae sane nunc quidem obsoleverunt; de or III 136. non vult populus Romanus obsoletis criminibus accusari Verrem; Ver V 117. si paulo obsoletior fuerit oratio; de or III 33. quibus (Cyrenaicis philosophis) obsoletis; of III 116. cuius splendor omnis his moribus obsolevit; Quinct 59. hoc (studium) a plerisque eorum desertum obsolevisse; inv I 4. studiis militaribus apud iuventutem obsoletis; Font 42. ut (orator verba) abiecta et obsoleta fugiat; de or III 150. (P. Rullus) esse meditabatur vestitu obsoletiore quam ante; agr II 13. quae (virtus) splendet per sese semper neque alienis umquam sordibus obsolescit; Sest 60.

obsolete, alt, unſcheinbar: ut eum paulo obsoletius vestitum videret; Ver I 152.

obsonium, Zukoſt: sin autem obsonio (hoc adsecutus es); ep IX 19, 2.

obsono, Speiſe einkaufen: se, quo melius cenaret, obsonare ambulando famem; Tusc V 97.

obstinatio, Hartnäckigkeit: quae ego omnia obstinatione quadam sententiae repudiavi; prov 41.

obstinatus, entſchloſſen, hartnäckig: incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior; A I 11, 1.

obstipesco (obstup.), ſtaunen: quibus (beneficiis) illi obstupescunt; A V 21, 7. eius (Tagetis) aspectu cum obstipuisset bubulcus; div II 50. homo obstupuit hominis improbi dicto; Ver I 66.

obstipus, ſeitwärts geneigt: »obstipum caput tereti cervice reflexum«; nat II 107.

obsto, im Wege ſtehen, hinderlich ſein: I, 1. nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur; Phil XIII 14. — 2. obstabat in spe consulatus Miloni Clodius; Milo 34. si omnia removentur, quae obstant et impediunt; Ac II 19. sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare; Milo 96. quoniam ei pecuniae vita Sex. Roscii obstare atque officere videatur; Sex Rosc 6. — II. quid obstat, quo minus (deus) sit beatus, si non sit bipes? nat I 95.

obstrepo, übertönen, behelligen, beläſtigen: I. ut quodam modo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur; de or III 50. ut tibi litteris obstrepere non auderem; ep V 4, 1. — II. eius modi res obstrepi clamore militum videntur et tubarum sono; Marcel 9.

obstringo, feſſeln, verpflichten, verwickeln, verſtricken: se legibus obstrictos in tantis molestiis esse; inv II 132. si obstricti pactione tenebamini; Piso 30. quam ob rem viderer maximis beneficii vinculis obstrictus; Planc 72. qui se eo (parricidio) obstrinxerit; of III 83. quibuscumque officiis in Epiroticis reliquisque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore; ep XIII 18, 2. ego me maiore religione, quam quisquam fuit ullius voti, obstrictum puto; A XII 43, 3 (2). obstrinxisti religione populum Romanum; Phil II 83.

obstructio, Einſchließung: haec obstructio nec diuturna est neque obducta ita, ut oculis perspici non possit; Sest 22.

obstruo, vorbauen, hinderlich ſein, verſperren, verſchließen: I. Catonis luminibus obstruxit haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio; Bru 66. (iste) sese luminibus eius esse obstructurum minabatur; dom 115. — II. ad quos (fructus) omnis nobis aditus, qui paene solis patuit, obstructus est; Bru 16. etsi omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus; Ac II 7. qui (Scipiones) iter Poenis vel corporibus suis obstruere voluerunt; Cato 75. obstruite perfugia improborum; Sulla 79.

obstupefacio, in Erſtaunen ſetzen, betäuben: (L. Catilina) non obstupefactus ac perterritus mea diligentia esse dicetur; Catil II 14, qui (plausus) obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est; Deiot 34.

obstupesco ſ. **obstipesco.**

obsum, hinderlich ſein, ſchaden: non tam ut prosim causis, elaborare soleo, quam ut ne quid obsim; de or II 295. ego ei (fratri) ne quid apud te obsim, id te vehementer etiam atque etiam rogo; A XI 12, 2. an in eo auctoritas nihil obest? mihi quidem videtur vel plurimum; Ac II 60. utrique nostrum desiderium nihil obfuisset; Muren 21. quin homines plurimum hominibus et prosint et obsint; of II 17. ut inimicus neque deesse nocenti possit neque obesse innocenti; Ver III 162. huic oberit tuum maledictum; Cael 23. qui (pudor) non [modo non] obesset eius (Crassi) orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset; de or I 122. quae (res) noceant et obsint; of II 12. si hae tabulae nihil tibi erant offuturae; Ver III 112.

obsurdesco, taub werden: obsurdescimus nescio quo modo; Lael 88. hoc sonitu oppletae aures hominum obsurduerunt; rep VI 19.

obtego, verdecken, decken, ſchützen: quicum ego cum loquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam; A I 18, 1. (frater) se servorum corporibus obtexit; Sest 76. quem ad modum os resectum || reiectum, al. || terra obtegatur; leg II 55. ut adulescentiae turpitudo obscuritate et sordibus tuis obtegatur; Vatin 11.

obtemperatio, Gehorſam: quodsi iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum; leg I 42.

obtempero, willfahren, nachkommen, gehorchen: I. si hic ordo placere decreverit te ire in exsilium, obtemperaturum te esse dicis; Catil I 20. ita fit, ut ratio praesit, appetitus obtemperet; of I 101. — II. populus Romanus dolori suo maluit quam auctoritati vestrae obtemperare; imp Pomp 56. cum auspiciis obtemperatum esset; div II 20. dolori: ſ. auctoritati. legibus obtemperare debetis; inv I 70. ut obtemperent oboediantque magistratibus; leg III 5. mori satius fuisse quam eius modi necessitudini obtemperare; inv II 100. praestantissimum est appetitum obtemperare rationi; of I 141. quam ob rem scripto non potuerit aut non oportuerit obtemperari; inv II 127. cuius voluntati mihi obtemperandum est; Cluent 158.

obtendo, verhüllen: multis simulationum involucris tegitur et quasi velis quibusdam obtenditur unius cuiusque natura; Q fr I 1, 15.

obtero, zermalmen, vernichten: cum neque possent obtritos internoscere ullo modo; de or II 353. ut auriga indoctus e curru trahitur, obteritur, laniatur, eliditur; rep II 68. ita calumniam stultitiamque eius obtrivit ac contudit; Caecin 18. obterendae sunt omnes voluptates; Cael 46.

obtestatio, Beſchwörung, dringende Bitte: I. quid illa tua tum obtestatio tibicinis (voluit)? dom 125. — II. Phaedri obtestationem sibi (tuendam) esse; ep XIII 1, 4. — III. utrum capitis consecratione an obtestatione legis sacrosanctum (foedus) esse confirmas? Balb 33.

obtestor, zu Zeugen anrufen, beſchwören, anflehen: I. cum ego te, Flacce, caelum noctemque contestans fiens flentem obtestabar; Flac 102. (L. Murena) vestram fidem obtestatur; Muren 86. — II, 1. quod ne faciatis, oro obtestorque vos; Rab Post 46. — 2. oro obtestorque te, ut Quintum fratrem ames; A III 23, 5. id ut facias, te obtestor atque obsecro; A XI 1, 1. ceteros deos deasque omnes imploro et obtestor, ut sit . .; Ver V 188.

obtineo, einnehmen, inne haben, beſitzen, feſthalten, behaupten, aufrecht erhalten: I. obtinebo eam (sententiam) multo leniorem fuisse; Catil IV 11. si Chrysippus non obtinuerit omne, quod enuntietur, aut verum esse aut falsum; fat 21. — II. omnia, quae voles, obtinebis; ep I 8, 5. cum eam (Academiam) Charmadas et Clitomachus obtinebant; de or I 45. malas causas semper obtinuit, in optima concidit; A VII 25. quoniam omnia commoda nostra, iura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus; Cluent 155. obtineo dignitatem meam; ep IV 14, 1. cum nihil tibi deesse arbitrer ad tuas fortunas omnes obtinendas praeter voluntatem; ep IV 7, 3. quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat; Sulla 19. cum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres; ep I 9, 13. obtinemus ipsius Caesaris summam erga nos humanitatem; ep IV 13, 2. iura, libertatem: ſ. commoda. qui obtinere se non putaverunt posse licentiam cupiditatum suarum; A X 4, 1. quem locum apud ipsum Caesarem obtinuisti? Phil II 71. sidera aetherium locum obtinent; nat II 42. ut facilitate sua nos eam necessitudinem, quae est nobis cum publicanis, obtinere et conservare patiantur; Q fr I 1, 35. amplissimi honoris nomen obtinebis; Phil X 6. ad actionis usum atque laudem maximam sine dubio partem vox obtinet: de or III 224. neque sese arbitrari posse diutius alienam pecuniam domino incolumi obtinere; Sex Rosc 26. Q. Hortensium pro consule provinciam Macedoniam obtinere; Phil X 26. quam (rationem) si obtinemus; div I 117. salutem: ſ. commoda. maxime vellem, ut P. Sulla dignitatis suae splendorem obtinere potuisset; Sulla 1. suavitatem: ſ. gravitatem. testamentum inritum fecit, quod etiam infimis civibus semper obtentum est; Phil II 109. eam (naturalem legem) vim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria; nat I 36.

obtingo, begegnen, widerfahren, zu teil werden: I. cum tibi sorte obtigisset, ut ius diceres; Ver V 38. — II. ex quo quod cuique obtigit, id quisque teneat; of I 21. damnatio ista obtigit P. Rutilio; Piso 95. talia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia; div II 38. cum tibi aquaria provincia sorte obtigisset; Vatin 12. — III. te mihi quaestorem obtigisse; ep II 19, 1.

obtorpesco, erſtarren, gefühllos werden: »iam subactus miseriis obtorpui«; Tusc III 67. quis est, qui existimare possit huic novo pontifici non manum obtorpuisse? dom 135.

obtorqueo, umdrehen, ergreifen: ut illum collo obtorto ad subsellia reduceret; Cluent 59. quem obtorta gula in vincla abripi iussit; Ver IV 24.

obtrectatio, Verkleinerung, Mißgunſt: I. obtrectatio est, ea quam intellegi ζηλοτυπίαν volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit; Tusc IV 17 (18). lacerat: ſ. II, 3. — II, 1. intellego: ſ. I. — 2. illorum erit verius iudicium obtrectatione et malevolentia liberatum; Q fr I 1, 43. — 3. quod aequalitas vestra tantum abest ab obtrectatione et invidia, quae solet lacerare plerosque; Bru 156. — III, 1. quos invidia atque obtrectatione quadam impediri (putamus); inv I 16. — 2. ex civilibus studiis atque obtrectatione domestica; Font 26.

obtrectator, Widerſacher, Neider: I. reliqua iam praecipitantis tribunatus etiam post tribunatum obtrectatores eorum atque adversarii defenderunt; har resp 50. — II. quod non obtrectatorem laudum mearum amiseram; Bru 2. — III. locum sermoni obtrectatorum non relinquit; Flac 68. — IV. a tuis invidis atque obtrectatoribus nomen inductum fictae religionis; ep I 4, 2.

obtrecto, verkleinern, Abbruch tun: I. et invidere aegritudinis est et aemulari et obtrectare; Tusc III 83. ipsum illud aemulari, obtrectare non

esse inutile; Tusc IV 46. si obtrectabitur, utar auctoritate senatus; A III 26. — II. cum sit obtrectantis angi alieno bono, quod id etiam alius habeat; Tusc IV 56. — III. Arcesilas Zenoni obtrectans; Ac II 16. qui huic obtrectant legi atque causae; imp Pomp 21.

obtundo, abſtumpfen, ſchwächen, beläſtigen: I. non obtundam diutius; Ver IV 109. — II. tam longis te epistulis non obtunderem; A VIII, 1, 4. quo quid dici potuit obtusius? nat I 70. ille (animus), cuius ‖ cui ‖ obtusior sit acies; Cato 83. nihil est, quod tam obtundat elevetque aegritudinem quam cogitatio . .; Tusc III 34. ingenia obtundi nolui; de or III 93. cum (patronus) vocem in dicendo obtudisset; de or II 282.

obturbo, betäuben, ſtören: me scriptio et litterae non leniunt, sed obturbant; A XII 16. quam (solitudinem) non obturbavit Philippus; A XII 18, 1.

obturo, verſtopfen: obstructas eas partes et obturatas esse; fat 10.

obtutus, Blick: I, 1. animus oculorum effugit obtutum; Tim 27. qui vultum eius (Crassi) obtutumque oculorum in cogitando probe nosset; de or III 17. — 2. ex oculorum obtutu facile iudicabimus, quid eorum apte fiat; of I 146. — II. quodam obtutu oculorum duo pro uno (videntur) lucernae lumina; div II 120.

obvallo, verſchanzen: quem (locum) nobilitas omni ratione obvallatum tenebat; agr II 3.

perinde, ebenſo, auf gleiche Weiſe: I. an ille vivendi artem tantam tamque operosam et perinde fructuosam relinqueret? fin I 72. — II. quod ego perinde tuebar, ac si usus essem; A XIII 49, 1. vereor, ut hoc perinde intellegi possit auditum, atque ipse cogitans sentio; Marcel 12. sed perinde valebit, quasi armatissimi fuerint; Caecin 61. perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio maeror levaretur; Tusc III 62. me haec perinde, ut dicam discenda esse, didicisse; de or III 74. haec perinde accidunt, ut eorum mentes tractantur; Bru 188. non perinde, ut est reapse, ex litteris perspicere potuisti; ep IX 15, 1.

perindulgens, ſehr nachſichtig: qui (vir) perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium; of III 112.

perinfirmus, ſehr ſchwach: sunt levia et perinfirma, quae dicebantur a te; fin II 53.

peringeniosus, ſehr ſcharfſinnig: quod peringeniosis hominibus neque satis doctis plerumque contingit; Bru 92.

periniquus, ſehr unbillig, unruhig: videant, ne sit periniquum et non ferendum; imp Pomp 63. etsi periniquo patiebar animo te a me digredi; ep XII 18, 1.

perinlustris, ſehr geehrt: ibi morati biduum perinlustres fuimus; A V 20, 1.

perinsignis, ſehr auffallend: si (corporis pravitates) erunt perinsignes; leg I 51.

perinvisus, ſehr verhaßt: hominem dis ac nobilitati perinvisum, Cn. Pompeium; fr A VII 53.

perinvitus, ſehr ungern: (litteras) legi perinvitus; ep III 9, 1.

peripetasma, Teppich: ut sibi mitteret Agrigentum periptasma; Ver IV 27.

periratus, ſehr zornig: erant nobis perirati; ep IX 6, 3.

peristroma, Decke, Teppich: conchyliatis Cn. Pompei peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres; Phil II 67.

peristylum, Säulengang: porticum concupierat, amplissimum peristylum; dom 116.

perite, kunſtgemäß, mit Einſicht, verſtändig: bene dicere, quod est scienter et perite et ornate dicere; de or II 5. nihil peritius de foederibus (dici); Balb 2. (haec) sunt concinne distributa; sed tamen non perite; de or II 81. scripsit perite et diligenter; leg III 49. istius litteras peritissime venditabat; Ver II 135. neque in iis ipsis rebus satis callide versari et perite potest; de or I 48.

peritus, erfahren, kundig, ſachkundig: A. (Cato) nonne fuit iuris civilis omnium peritissimus? de or I 171. qui legum et consuetudinis eius et ad respondendum et ad agendum et ad cavendum peritus esset; de or I 212. Ser. Fabius Pictor et iuris et litterarum et antiquitatis bene peritus; Bru 81. fuit is (L. Aelius) antiquitatis nostrae et in inventis rebus et in actis scriptorumque veterum litterate peritus; Bru 205. duobus Graecis vel peritissimis rerum civilium; rep I 34. te tam peritum esse rei militaris; ep IX 25, 1. hominem prudentissimum et peritissimum in iis ipsis rebus; de or I 66. ut inter homines peritos constare video; de or I 104. haec ab hominibus callidis ac peritis animadversa sunt; de or I 109. ab homine perito definiendi; of III 60. quam (urbem) iam peritus metator diviserat; Phil XIV 10. quid tulit legum scriptor peritus? dom 47. — B, I. hic apud maiores nostros adhibebatur peritus, nunc quilubet. peritum autem esse necesse est eum, qui, silentium quid sit, intellegat; div II 71. — II, 1. adhibeo: ſ. I. — 2. sin peritis non putat esse obtemperandum; Caecin 70. — III. a peritissimis sunt istis de rebus et responsa et scripta multa; leg II 46. quod (ius) ambigitur inter peritissimos; de or I 242.

periucunde, mit Behagen, in guter Stimmung: (hospes) fuit periucunde; A XIII 52, 1. qui in hac suavitate humanitatis versari periucunde soleret; Cael 25.

periucundus, ſehr angenehm: nobis ista sunt pergrata perque iucunda; de or I 205. fuit ea (gratiarum actio) mihi periucunda; ep X 19, 1. cum Scipioni eorum adventus periucundus et pergratus fuisset; rep I 18. quamquam ista mihi tua fuit periucunda a proposita oratione digressio; Bru 292. quae (dissimulatio) est periucunda; de or III 203. cui (Pompeio) litterae tuae periucundae fuerunt; ep I 7, 3.

periurium, Meineid: I. quod EX ANIMI TUI SENTENTIA iuraris, id non facere periurium est; of III 108. — II, 1. non agam cum expresso et coacto sollicitatoque periurio subtiliter; Scaur 20. — 2. ago cum: ſ. 1. de tuorum iudicum manifesto periurio dici; hac resp 36. — III. »periurii poena divina exitium, humana dedecus«; leg II 22. — IV. omnia corrupta libidine, pretio, periurio reperientur; Flac 26. videant, ne quaeratur latebra periurio; of III 106.

periuro ſ. **peiero.**

periurus, meineidig: A. si (Regulus) domi periurus consularis remansisset; of III 100. Ballionem illum periurissimum lenonem cum agit;

Q Rosc 20. — B. quid interest inter periurum et mendacem? Q Rosc 46.

perlabor, durchdringen, gelangen: inde perlapsus ad nos et usque ad Oceanum Hercules; Tusc I 28. per eam (venam) ad cor confectus (cibus) perlabitur; nat II 137.

perlate, sehr weit: id in sermonis nostri consuetudine perlate patet; de or II 17.

perlego, (pellego), durchlesen: I. quando (Varro) pelleget ‖ perleget ‖? A XIII 44, 2. — II. perlegi tuum paulo ante tertium de natura deorum; div I 8. perlegi omnes tuas (litteras); A IX 10, 10.

perlevis, sehr gering: an ignoratis vetera vectigalia perlevi saepe momento fortunae pendere? agr II 80.

perleviter, sehr leicht, sehr wenig: quod (Quintus) perleviter commotus fuerat; Q fr II 5, 2 (6, 1). ut eos perleviter pungat animi dolor; Tusc III 61.

perlibens (perlubens), sehr gern sehend: in quibus (inimicis) me perlubente Sevius adlisus est; Q fr II 4, 6 (6, 6).

perlibenter, sehr gern: illud perlibenter audivi; ep VII 14, 2. tecum perlibenter loquor; A VIII 14, 2.

perliberaliter, sehr gütig: ut perliberaliter ageretur; Sex Rosc 108. hoc loco multa perliberaliter; A X 4, 10.

perlongus, sehr lang: perlongo intervallo prope memoriae temporumque nostrorum; agr II 3. eas (litteras) Philogenes curavit perlonga via perferendas; A V 20, 8.

perluceo (pelluceo), hervorleuchten, durchsichtig sein: illud ipsum, quod honestum decorumque dicimus, quia maxime quasi perlucet ex iis virtutibus; of II 32. tenuis ac perlucens aether; nat II 54. mollis et pellucens oratio; Bru 274.

perlucidus, durchsichtig, hell: ut deum fingeret exilem quendam atque perlucidum; nat I 123. adde huc liquores perlucidos amnium; nat II 98. tota (sidera) sunt calida atque perlucida; nat II 39.

perluctuosus, sehr traurig: Serrani Domestici filii funus perluctuosum: Q fr III 8, 5.

perlustro, überschauen: perlustrandae animo partes erunt omnes; part or 38.

permagnus, sehr groß: A. haec est non verborum parva, sed rerum permagna dissensio; nat I 16. cum permagno equitatu Parthico; ep XV 1, 2. permagnam initis a nobis gratiam; Caecin 79. tenuit permagnam Sextilius hereditatem; fin II 55. permagnam pecuniam poposcit; Cluent 69. — B, I. per enim magni aestimo tibi factum nostrum probari; A X 1, 1. permagni interest, quo tibi haec tempore epistula reddita sit; ep XI 16, 1. permagni eius (Caesaris) interest rem ad interregnum non venire; A IX 9, 3. — II. tu ista permagno aestimas? Ver IV 13. permagno decumas eius agri vendidisti; Ver III 90.

permaneo, fortdauern, fortbestehen, verbleiben, verharren, ausdauern: I. ut mundus quam aptissimus sit ad permanendum; nat II 58. — II. in omnibus meis sententiis de re publica pristinis permanebam; ep I 9, 6. ut in mea erga te voluntate etiam desertus ab officiis tuis permanerem; ep V 2, 10. molestia (est) aegritudo permanens; Tusc IV 18. permanere animos; Tusc I 36. multa monumenta vestri in me beneficii permanebunt; Quir 24. in eo magistra vitae philosophia tot saecula permanet; Tusc II 16. tam permanet (beata vita) quam ipsa illa effectrix beatae vitae sapientia; fin II 87. vox permanens, verum subrauca natura; Bru 141. — III. qui (animus) si permanet incorruptus suique similis; Tusc I 43. ut (arx) etiam in illa tempestate horribili Gallici adventus incolumis atque intacta permanserit; rep II 11. cuius nomen invictum in navalibus pugnis permanserit; imp Pomp 54.

permano, durchströmen, sich ergießen, hindringen, eindringen: Pythagorae doctrina permanavisse mihi videtur in hanc civitatem; Tusc IV 2. permanat in venas et inhaeret in visceribus illud malum; Tusc IV 24. ut aliqui sermones etiam ad vestras aures permanarent; Balb 56. ex intestinis secretus a reliquo cibo sucus is, quo alimur, permanat ad iecur; nat II 137.

permansio, Verbleiben, Verharren: I. perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio; inv II 164. — II. numquam laudata est in una sententia perpetua permansio; ep I 9, 21. — III. quodvis supplicium levius est hac permansione; A XI 18, 1.

permediocris, sehr mäßig: permediocres ac potius leves motus debere esse; de or I 220.

permetior, durchmessen, ausmessen: cum eos (ambitus) permensus est idem orbis; Tim 33. solis magnitudinem quasi decempeda permensi; Ac II 126.

permirus, sehr wunderbar: per mihi mirum visum est; de or I 214. ut mihi permirum saepe videatur; de or III 49. illud mihi permirum accidit; ep III 10, 5.

permisceo, vermischen, vermengen, verwirren: cuius acerbitas morum immanitasque naturae ne vino quidem permixta temperari solet; Phil XII 26. permixti cum corpore animi; div I 129. ut illa excellens opinione fortuna cum laboribus et miseriis permixta [esse] videatur; de or II 210. quod (genus rei publicae) est ex his, quae prima dixi, moderatum et permixtum tribus; rep I 45. numquam permiscere Graeciam dictus esset; orat 29. immanitatem: s. acerbitatem. sit (oratio) permixta et temperata numeris; orat 196. sentio omnes in oratione esse quasi permixtos et confusos pedes; orat 195. eius pecuniae rationem cum damnatione Dolabellae permiscuit; Ver III 177.

permissio, Anheimgeben, Erlaubnis: est etiam permissio; de or III 207. quod tibi mea permissio mansionis tuae grata est; Q fr III 1, 9.

permissus, Erlaubnis: omne servitium permissu magistratus liberatum; har resp 25. intellexistis, quot res et quantas decemviri legis permissu venditurі sint; agr II 47.

permitto, überlassen, zulassen, einräumen, erlauben: I. neque (T. Agusius) hoc tempore discessisset a me, nisi ego ei permisissem; ep XIII 71. — II, 1. ipsi (Ciceroni) permittam de tempore; A XII 27, 2. — 2. tibi permitto, respondere mihi malis an audire; nat III 4. — 3. quis Antonio permisit, ut partes faceret? de or II 366. cum tibi permissurus essem, ut faceres, quod velles; Q fr II 14 (15, b), 2. quibus (consulibus) et lege et senatus consulto permissum erat, ut de Caesaris actis cognoscerent; A XVI 16, B, 8. — 4. ut iam ipsis iudicibus coniecturam facere permittam; Ver V 22. — III. utra lex iubeat aliquid, utra permittat; inv II 145. quoniam, quid tibi permittatur, cognosti; ep VI 8, 1. hoc vel maxime tuae *curae* benivolentiaeque permitto et illius consilio et voluntati; A XI 3, 1. primum quaero, num tu senatui causam tuam permittas; Vatin 15. ut (homo) commissus sit fidei, permissus potestati; Font 40. eas (inimicitias) se patribus conscriptis dixit et temporibus rei publicae permissurum; Sest 72. qui eandem licentiam scribendi sibi permitti volunt; Tusc I 6. totum ei negotium permisi; Q fr II 7 (9), 2. ne censoribus in posterum potestatem regiam permittatis; Cluent 123. quam (potestatem) tu ad dignitatem permisisses; Q fr I 1, 11. ut Sex. Roscii vita sententiis iudicum permitteretur; Sex Rosc 149.

permixte, vermiſcht: si genera ipsa rerum ponuntur neque permixte cum partibus implicantur; inv I 32.

permixtim, vermiſcht: in praesentia tantum modo numeros et modos et partes argumentandi confuse et permixtim dispersimus; inv I 49.

permixtio, Vermiſchung: superioris permixtionis reliquias fundens aequabat eodem modo ferme; Tim 42.

permodestus, ſehr beſcheiden, ſchüchtern: (Fabius Luscus) satis acutus et permodestus ac bonae frugi; A IV 8, a, 3. homo permodestus vocem consulis ferre non potuit; Catil II 12.

permoleste, mit großem Verdruß: vos non satis moveri permoleste fero; Phil I 36.

permolestus, ſehr läſtig: hi non sunt permolesti, sed tamen insident et urgent; A I 18, 2. permolestum est, nisi fit; rep I 32.

permotio, Erregung, Aufregung, Begeiſterung: I. quia animi permotio perturbata saepe ita est, ut obscuretur ac paene obruatur; de or III 215. — II, 1. quod provisione aut permotione mentis magis quam natura ipsa sentiamus; div II 9. — 2. quae aut conciliationis causa leniter aut permotionis vehementer aguntur; de or II 216.

permoveo, bewegen, erregen, aufregen, beunruhigen: quin ipse in commovendis iudicibus his ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permoverer; de or II 189. haec sive iracundia sive dolore sive metu permotus gravius scripsi; A X 4, 6. ſ. equites. optimus est orator, qui dicendo animos audientium et docet et delectat et permovet; opt gen 3. equites Romanos proscriptionis, municipia vastitatis, omnes caedis metu esse permotos; sen 33. vita mors, divitiae paupertas omnes homines vehementissime permovent; of II 37. nec miseratione solum mens iudicum permovenda est; orat 131. municipia: ſ. equites.

permulceo, umfächeln, ſchmeicheln, beruhigen: quae (commendatio) eum, qui audit, permulcere atque adlicere debet; de or II 315. »quam (Aram) flatu permulcet spiritus Austri«; nat II 114. qui (status) permulcet sensum voluptate; fin II 32. permulsa atque recreata est; fr A XII 2.

permultus, ſehr viel: A. permultis annis ante Homerum fuisse quam Romulum; rep II 19. permultis civitatibus pro frumento nihil solvit omnino; Ver III 165. permultorum exemplorum est plena res publica; leg II 33. permulti locupletes homines; Ver III 120. qualia (signa) permulta historia tradidit; div I 121. ceteras urbes Ponti et Cappadociae permultas esse captas; imp Pomp 21. — B, **a.** maiestatis absoluti sunt permulti; Cluent 116. — **b.** sunt permulta, quibus erit medendum; ep XII 10, 4. veniunt in mentem mihi permulta; Caecin 55. — **c,** I. permultum interest, utrum . .; of I 27. qui permultum classe valuerunt; imp Pomp 54. — II. permulto clariora et certiora esse, quae . .; div II 126.

permutatio, Veränderung, Tauſch, Umſatz: I. magna rerum permutatione impendente; Sest 73. — II. rationem Philogeni permutationis eius, quam tecum feci, edidi; A V 13, 2. — III. ratio: ſ. II. — IV. quae (pecunia) mihi ex publica permutatione debetur; ep III 5, 4.

permuto, verändern, umſetzen, auf Wechſel nehmen: quaero, quod illi (Ciceroni) opus erit, Athenis permutarine possit; A XII 24, 1. nummorum quantum opus erit, ut permutetur, tu videbis; A XII 27, 2. ut permutetur Athenas, quod sit in annuum sumptum ei (Ciceroni); A XV 15, 4. ut cum quaestu populi pecunia permutaretur; ep II 17, 7. scripseras, ut HS XII permutarem; A XI 24, 3. C. Gracchi ‖ tribunatus ‖ nonne omnem rei publicae statum permutavit? leg III 20.

pernecessarius, ſehr dringend, eng verbunden, innig befreundet: A. te pro homine pernecessario, quaestore tuo, [dicere]! de or II 202. pro homine mihi pernecessario; ep XIII 69, 1. te non esse Romae meo tempore pernecessario; A V 21, 1. — B, I. C. Subernius Calenus est Leptae pernecessarius; ep IX 13, 1. (C. Flavius) fuit generi mei pernecessarius; ep XIII 31, 1. — II, 1. sciebam Corfidium pernecessarium Ligariorum; A XIII 44, 3. — 2. Cn. Pompeium contendisse a D. Laelio, paterno amico ac pernecessario; Flac 14.

pernecesse, durchaus notwendig: quam noluerint maiores nostri, nisi cum pernecesse esset, hominem occidi; Tul 49.

pernego, hartnäckig leugnen: I. saepe appellati pernegaverunt; Ver I 106. — II. a se illam pyxidem traditam pernegaret; Cael 65.

pernicies, Verderben, Untergang: I. clamitasse magos pestem ac perniciem Asiae proxima nocte natam; div I 47. — II, 1. cum a patria perniciem depuli; dom 93. eorum castrorum imperatorem videmus intestinam aliquam perniciem rei publicae molientem; Catil I 5. — 2. ut nihil nisi de pernicie populi Romani cogitaret; Phil IV 4. spe dubiae salutis in apertam perniciem incurrere; nat III 69. si ad perniciem patriae res spectabit; of III 90. eadem facultate et fraus hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur; de or II 35. — III. nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur; A III 10, 2. — IV. erupturum illud malum ad perniciem civitatis; har resp 4. nedum emori cum pernicie rei publicae vellem; Planc 90. in hac pernice rei publicae; of II 79.

perniciose, verderblich, gefährlich, unheilvoll: I. quo perniciosius de re publica merentur vitiosi principes; leg III 32. quid, quod multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis? leg II 13. — II. sapientis civis fuit causam perniciose populari civi non relinquere; leg III 26.

perniciosus, verderblich, gefährlich, unheilvoll: sine civili perniciosissimo bello; A VIII 11, D, 6. leves hos semper nostri homines et audaces et malos et perniciosos cives putaverunt; Sest 139. exitum iudicii foedum et perniciosum levissime tuli; Q fr III 9, 1. in aliqua perniciosissima flamma; Cluent 4. morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis; Tusc III 5. inveteravit iam opinio perniciosa rei publicae; Ver pr 1. (rei publicae genus) inclinatum et quasi pronum ad perniciosissimum statum; rep II 47. intonuit vox perniciosa designati tribuni; Muren 81.

pernicitas, Behendigkeit: adde etiam pernicitatem et velocitatem; Tusc V 45.

pernobilis, ſehr bekannt: epigramma Graecum pernobile incisum est in basi; Ver IV 127.

pernocto, die Nacht zubringen, übernachten: sapientis animum cum his habitantem pernoctantemque curis; Tusc V 69. matres miserae pernoctabant ad ostium carceris; Ver V 118. haec studia pernoctant nobiscum; Arch 16.

pernosco, erkennen: qui (Zopyrus physiognomon) se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere; fat 10. omnes amicorum motus penitus pernoscendi; de or I 17. »aeternum volens mundi pernoscere motum«; fr H IV, a, 468. naturas: ſ. mores.

perobscurus, ſehr dunkel: quae (natura deorum) cum mihi videretur perobscura; nat I 17. perdifficilis et perobscura quaestio est de natura deorum; nat I 1.

perodiosus, ſehr widerlich, ärgerlich: de Bruto nostro perodiosum; A XIII 22, 4. crebro refricat lippitudo non illa quidem perodiosa, sed tamen . .; A X 17, 2.

perofficiose, sehr gefällig: qui (victores) me quidem perofficiose et peramanter observant; ep IX 20, 3.

peroportune, sehr gelegen: hoc cecidit mihi peroportune; de or II 15. peroportune venis; nat I 15.

peroportunus, sehr gelegen, willkommen: requiescam in Caesaris sermone quasi in aliquo peroportuno deversorio; de or II 234. peroportunam et rebus domesticis et cupiditatibus suis illius belli victoriam fore; ep VI 6, 6.

peroptato, sehr erwünscht: quod (otium) nunc peroptato nobis datum est; de or II 20.

peroptatus, sehr erwünscht: qui hic inluxit dies mihi quidem peroptatus, ut . .! Piso fr 1.

peroratio, Schlußrede, Schluß: I. post omnia perorationem inflammantem restinguentemve concludere; orat 122. omnium causarum unum est naturale principium, una peroratio; Bru 209. exstat eius (Galbae) peroratio, qui epilogus dicitur; Bru 127. peroratio habet amplificationem; Top 98. inflammat, restinguit: s. concludit. — II. perorationes ad misericordiam conferendae; part or 15. tum alii conclusionem orationis et quasi perorationem conlocant; de or II 80. (peroratio) est divisa in duas partes, amplificationem et enumerationem; part or 52. quod perorationem mihi omnes relinquebant; orat 130. — III. is (motus animi) est initiis et perorationibus concitandus; part or 27.

perornatus, sehr schön: idem (Crassus) et perornatus et perbrevis; Bru 158.

peroro, vortragen, beendigen, schließen: I, 1, a. nunc quoniam ad perorandum spectare videtur sermo tuus; Bru 292. — b. perorandi locum, ubi plurimum pollet oratio, semper tibi relinquebat; Bru 190. — 2, a. alii iubent, antequam peroretur, ornandi aut augendi causa digredi, deinde concludere ac perorare; de or II 80. quibus dictis intellegat fore peroratum; inv I 31. — b. ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus; orat 131. cum ad arbitrium tuum perorasset; Vatin 26. odio et strepitu senatus coactus est aliquando perorare; A IV 2, 4. — II. restat, ut doceam atque aliquando perorem omnia hominum causa facta esse; nat II 154. — III. haec tum laudemus, cum erunt perorata; A V 10, 2. causa sero perorata; Q fr II 1, 1. omnem orationem eius (Platonis) de legibus peroratam esse uno aestivo die; leg II 69. res illo die non peroratur: Ver II 70.

perparvulus, sehr klein: duo sigilla perparvula tollunt; Ver IV 95.

perparvus, sehr klein, unbedeutend: A. perparvam amicitae culpam relinquebas; Deiot 10. — B. perparvum ex illis magnis lucris ad se pervenire; Ver III 130.

perpauculus, sehr wenig: qui me deduxit in Academiam perpauculis passibus; leg I 54.

perpaucus, sehr wenig: A. perpaucis ante diebus; ep IV 9, 1. duodecim tabulae cum perpaucas res capite sanxissent; rep IV 12. condemnatur perpaucis sententiis Philodamus; Ver I 75. — B, **a.** qua (calliditate) perpauci bene utuntur, innumerabiles autem improbe utuntur; nat III 75. — **b.** cum essent perpauca inter se conlocuti; rep I 18. de Aetnensibus perpauca dicam; Ver III 105.

perpaulum, sehr wenig: A, I. simul ac perpaulum gustaris; de or II 234. — II. perpaulum ‖ perpaululum ‖ loci reliquum est; de or II 150. — B. declinare dixit atomum perpaulum, quo nihil posset fieri minus; fin I 19.

perpauper, sehr arm: erat rex perpauper; A VI 3, 5.

perpendiculum, Bleilot: I. aliquando perpendiculo et linea (Diphilus) discet uti; Q fr III 1, 2. — II. ad perpendiculum columnas exigere; Ver I 133. si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua rectis lineis; fat 22.

perpendo, abwägen, untersuchen, erwägen: non arte aliqua perpenditur; de or III 151. aequitas aratorum commodo et voluntate perpenditur; Ver III 214. quae (amicitia) tota veritate perpenditur; Lael 97.

perperam, unrichtig, falsch: res perperam constitutas; inv I 102. seu recte seu perperam facere coeperunt; Quinct 31. cum sciens perperam iudicarit; Caecin 71.

perpessio, Erdulden: I. fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio; inv II 163. — II. consuetudo laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem; Tusc II 35.

perpetior, standhaft, erdulden, zulassen, zugeben: I. si eum (dolorem) asperum et difficilem perpessu dixero; fin IV 72. — II. haec tu numquam perpeterere; non, inquam, perpeterere, ut homines iniuriae tuae remedium morte quaererent; Ver III 129. — III. facile omnes perpetior et perfero; de or II 77. quidvis me potius perpessurum quam . .; ep II 16, 3. s. II. sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti; de or I 118. Sicilia, tot hominum antea furta, rapinas, iniquitates ignominiasque perpessa; Ver III 64. in perpetiendis laboribus; fin II 113. oratores: s. actores. rapinas: s. furta. multorum stultitiam perpessus est; Muren 19.

perpetuitas, Fortdauer, Dauer, Stetigkeit, Fortgang, Zusammenhang: I. cui (nocti) *si* similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis, quis me beatior? Tusc I 97. — II, 1. magis eius voluntatis perpetuitatem quam promissorum exitum exspecto; Q fr III 5, 3. — 2. neque semper utendum est perpetuitate et quasi conversione verborum; de or III 190. — 3. quod in perpetuitate dicendi non saepe eluceat; orat 7. non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia; Tusc V 31. quod (genus leporis) in perpetuitate sermonis est; de or II 220. — III. ut constare in perpetuitate vitae possimus nobismet ipsis; of I 119.

perpetuo, beständig, ununterbrochen: I. ut abesse perpetuo malles; ep IV 7, 4. facies perpetuo, quae fecisti; Q fr I 1, 45. (ea sidera) suis sedibus inhaerent et perpetuo manent; Tim 36. — II. praefuisse classi populi Romani Siculum, perpetuo sociis atque amicis Syracusanum; Ver V 131.

perpetuo, ununterbrochen fortdauern lassen, fortsetzen: iudicum potestatem perpetuandam putavit; Sulla 64. ut eum perpetuare verba nolimus; de or III 181.

perpetuus, beständig, ununterbrochen, dauernd, ewig, allgemein gültig: A. nec solum perpetuae actiones, sed etiam partes orationis isdem locis adiuvantur; Top 97. cum eam (gravitatem Cato) ipse perpetua constantia roboravisset; of I 112. reliqua meae perpetuae consuetudini naturaeque debentur; Sulla 87. quorum adsidua et perpetua cura salutis tuae; ep VI 13, 2. C. Caesari, dictatori perpetuo, M. Antonium regnum detulisse; Phil II 87. ut centesimae perpetuo faenore ducerentur; A V 21, 13. cum illo in genere perpetuae festivitatis ars non desideretur; de or II 219. in quibus (scriptis) perpetuam rerum gestarum historiam complecteris; ep V 12, 6. perpetuum hostem ex eo monte tollere; ep XV 4, 8. quae (immortalitas) poterat esse perpetua; rep III 41. perpetui iuris et universi generis quaestio; de or II 141. ut unius perpetua potestate et iustitia omnique sapientia regatur salus civium; rep II 43. uti oratione perpetua malo quam interrogare aut interrogari; fin I 29. cum res publica (non) solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata; sen 4. perseverantia est in ratione bene considerata

stabilis et perpetua permansio; inv II 164. potestas: ſ. iustitia. quaestiones perpetuae constitutae sunt; Bru 106. quamquam tempus est nos de illa perpetua iam, non de hac exigua vita cogitare; A X 8, 8. ut testem rei publicae relinquerem meae perpetuae erga se voluntatis; Phil I 10. perpetuas et contextas voluptates in sapiente fore semper; Tusc V 96. — B. ut nemo in perpetuum esse posset expers mali; Tusc III 59.

perplaceo, ſehr gefallen: ea (lex) mihi perplacet; A III 23, 4.

perpolio, glätten, vervollkommnen, verfeinern: qui non sit omnibus iis artibus perpolitus; de or I 72. Latine ea tradi ac perpoliri; de or III 95. ea, quae habes instituta, perpolies; ep V 12, 10. librum meum nondum, ut volui, perpolivi; A XIV 17, 6. neque (Coelius) verborum conlocatione et tractu orationis leni et aequabili perpolivit illud opus; de or II 54. quae (partes orationis) minime praeceptis artium sunt perpolitae; de or II 201. inter hanc vitam perpolitam humanitate et illam immanem nihil interest; Sest 92.

perpotatio, Trinkgelage: quid intemperantissimas perpotationes praedicem? Piso 22.

perpoto, fortzechen: praetore tot dies perpotante; Ver V 100.

perpropinquus, naher Verwandter: A. Aurius, M. illius Aurii perpropinquus; Cluent 23.

perpugnax, ſehr ſtreitſüchtig: te perpugnacem in disputando esse visum; de or I 93.

perpurgo, reinigen, ins reine bringen, widerlegen: I. de dote tanto magis perpurga; A XII 12, 1. — II. cervae paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quae seselis dicitur; nat II 127. non perpurgata sunt (crimina), non refutata? Scaur 14. perpurgatus est is locus a nobis quinque libris; div II 2.

perpusillus, ſehr klein, ſehr wenig: hic ille (Philippus): „perpusillum rogabo“; de or II 245.

perquam, gar ſehr: I. Carneadi vis dicendi perquam esset optanda nobis; de or II 161. — II. per quam (conquestionem) ‖ perquam ‖ miserum facinus esse et indignum demonstrabitur; inv II 36. quod mihi quidem perquam puerile videri solet; de or II 108. — III. perquam breviter perstrinxi atque attigi; de or II 201. perquam diligenter videndum est; de or II 237.

perquiro, ſich genau erkundigen, durchforſchen: I. perquiritur a coactoribus; Cluent 180. — II. non perquiris, cui dixerit Apronius . .? Ver III 133. III. ipsa cognitio rei scientiaque perquiritur; de or III 112. nosti diligentiam Capitonis in rebus novis perquirendis; A XIII 33, a, 1 (4). scientiam: ſ. cognitionem. ut ea vasa perquirant; Ver IV 39.

perquisite, vielſeitig: ea nos perquisitius et diligentius conscripsisse pollicemur; inv I 77.

perraro, ſehr ſelten: id quod perraro evenit; Ver III 113. si quando id efficit, quod perraro potest; rep II 67. quia perraro grati homines reperiantur; Planc 4.

perreconditus, ſehr verſteckt: exponam vobis non quandam perreconditam rationem consuetudinis meae; de or I 135.

perridicule, ſehr lächerlich: cum ex nomine istius, quid iste in provincia facturus esset, perridicule homines augurabantur; Ver II 18.

perridiculus, ſehr lächerlich: est eorum doctrina perridicula; de or II 77.

perrogatio, Durchſetzung, Beſchluß: perrogationem legis Maniliae (flagitasti): Muren 47.

perrumpo, durchbrechen, überwinden, durchbohren, unwirkſam machen: necesse est ab iis (duobus generibus) perrumpatur et dividatur crassus hic aër; Tusc I 42. perrupi Appennium; Phil XII 26. »hos ille (Mulciber) cuneos fabrica crudeli inserens perrupit artus«; Tusc II 23. negleget leges easque perrumpet; leg I 42. cum opinione perrumpendi periculi; part or 112. quam (poenam legum) saepe perrumpunt; of III 36.

persaepe, ſehr oft: I. quod memineram persaepe te cum Panaetio disserere solitum; rep I 34. persaepe etiam privati cives morte multaverunt; Catil I 28. lapidationes persaepe vidimus; Sest 77. — II. ubi (iudicia) sunt, tamen persaepe falsa sunt; leg I 40.

persalse, ſehr witzig: persalse et humaniter etiam gratias mihi agit; Q fr II 13, 3.

persalsus, ſehr witzig: persalsum illud est apud Novium; de or II 279.

persalutatio, Umhergrüßen: non placet mihi denuntiatio ‖ declamatio ‖ potius quam persalutatio; Muren 44.

persaluto, allſeitig begrüßen: ut omnes vos nosque cotidie persalutet; Flac 42.

persapiens, ſehr weiſe: si hoc magni cuiusdam hominis et persapientis videtur; prov 44.

persapienter, ſehr weiſe: etsi persapienter dat ipsa lex potestatem defendendi; Milo 11.

perscienter, ſehr klug: (Cotta) perscienter contentionem omnem remiserat; Bru 202.

perscitus, ſehr fein, treffend: per mihi scitum videtur, C. Publicium solitum esse dicere . .; de or II 271.

perscribo, niederſchreiben, aufzeichnen, eintragen, anweiſen: I. ut perscripsi ad te antea; ep I 7, 2. — II, I. perscribe, quae causa sit Myrtilo; A XV 13, 6. — 2. quis ad me non perscripsit te nullum onus officii cuiquam reliquum fecisse? ep III 13, 1. — III. ut ad me omnia quam diligentissime perscribas; ep II 10, 4. quibus (litteris) accurate perscripsisti omnia; A XI 7, 1. acta ad te omnia arbitror perscribi ab aliis; ep XII 22, 1. ut artem dicendi perscriberemus; inv II 4. senatus auctoritas est perscripta; ep I 2, 4. ad te tota comitia perscribam; A IV 15, 8. in quo (libello) istius furta Syracusana perscripta erant; Ver III 149. omnium rerum publicarum rectionis genera, status, mutationes, leges etiam et instituta ac mores civitatum perscripsimus; fin IV 61. Democharis historiam perscripsit; Bru 286. instituta, al.: ſ. genera. perscribe mihi totum negotium; A XV 29, 3. mihi Quintus frater tuam orationem perscripsit; ep V 4, 1. multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas atque inanes esse perscriptas; Ver V 48. ut nemini sit triumphus honorificentius quam mihi salus restitutioque perscripta; Piso 35. status: ſ. genera. viri boni usuras perscribunt; A IX 12, 3.

perscriptio, Niederſchreibung, Protokollierung, Eintragung, Anweiſung: I. perscriptionem tibi placere; A XII 51, 3. — II. illud senatus consultum ea perscriptione est, ut . .; ep V 2, 4. — III. si de tabulis et perscriptionibus controversia est; de or I 250. — IV. per quam (dissipationem) sestertium septiens miliens falsis perscriptionibus donationibusque avertit; Phil V 11. haec pactio non verbis, sed nominibus et perscriptionibus multorum tabulis cum esse facta diceretur; A IV 17 (18), 2.

perscriptor, Eintrager: scribam tuum dicit huius perscriptorem faenerationis fuisse; Ver III 168.

perscrutor, durchſuchen, erforſchen, ergründen: desinite litteras legis perscrutari; inv I 69. perscrutamini penitus naturam rationemque criminum; Flac 19. qui sententiam scriptoris domesticis suspicionibus perscrutetur; inv II 128.

perseco, durchſchneiden, zerſchneiden: I. da te in sermonem et perseca et confice; A XIII 23, 3. — II. ecquid nos eodem modo rerum naturas persecare, aperire, dividere possumus? Ac II 122.

persecutio, Verfolgung: cum in altera (iuris scientia) persecutionum ‖ praescriptionum ‖ cautionumque praeceptio (esset); orat 141.

persequor, nachfolgen nachgehen aufſuchen, erreichen, anhangen, verfolgen, rächen, durchgehen, durchforſchen, behandeln, fortſetzen, durchführen, einziehen: I. aliud tempus est petendi, aliud persequendi; Muren 44. — II. non persequeris, non perseveras, non perquiris, cui dixerit Apronius . .? Ver III 133. quos (viros) sciebam memoria, scientia, celeritate scribendi facillime, quae dicerentur, persequi posse; Sulla 42. — III. cum senatus P. Dolabellam bello persequendum censuerit; Phil XI 29. eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus; ep III 6, 3. quem (Pompeium) persequi Caesar dicitur; A VII 23, 1. ut ea, quae sentitis de omni genere dicendi, subtiliter persequamini; de or I 98. vgl. II. qui (Atticus) me inflammavit studio inlustrium hominum aetates et tempora persequendi; Bru 74. (L. Cotta) persequebatur atque imitabatur antiquitatem; Bru 137. utramque (artem) persequi cogitamus; Top 6. quarta legio C. Caesaris auctoritatem atque exercitum persecuta est; Phil III 7. persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras, Theophrastus autem stirpium naturas omniumque fere rerum, quae e terra gignerentur, causas atque rationes; fin V 10. temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus; orat 102. quem ad modum inimicorum iniurias crudelitatemque persequar; Quir 22. exercitum: ſ. auctoritatem. figuras: ſ. causas. qui eius modi hominum furta odore persequebantur; Ver IV 53. verborum ratio et genus orationis fusum atque tractum persequendum est; de or II 64. qui legatione hereditates aut syngraphas suas persequuntur; leg III 18. quibus persuasum sit foedissimum hostem iustissimo bello persequi; Phil XIII 35. qui iniurias suas persequi volunt; div Caec 64. ſ. crudelitatem. horum nos hominum sectam atque instituta persequimur; Ver V 181. ut omnes suum ius persequantur; Caecin 97. ut mea mandata digeras, persequare, conficias; Q fr II 12 (14), 3. consilium hoc est illorum, ut mortem Caesaris persequantur; ep XII 3, 2. naturas, ortus: ſ. causas. quod accusator rerum ordinem persequitur; part or 14. cum tribunus plebis poenas a seditioso civi per bonos viros iudicio persequi vellet; ep I 9, 15. qui non notam apponas, sed poëtam armis persequare; Piso 73. rationem: ſ. causas, genus. est ars in iis, qui novas res coniectura persequuntur; div I 34. sectam: ſ. instituta. illud etiam notandum mihi videtur ad studium persequendae suavitatis in vocibus; orat 58. syngraphas: ſ. hereditates. tempora: ſ. aetates. victus: ſ. causas. ut vitam inopem et vagam persequamur; Phil XII 15. quod (luxuriosi) ita viverent, ut persequerentur cuiusque modi voluptates; fin II 22.

perseverantia, Beharrlichkeit, Ausdauer: I. perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio; inv II 164. eius (fortitudinis) partes magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia; inv II 163. aliud an idem sit, ut pertinacia [et] perseverantia; part or 65. — II. cum perseverantiam sententiae suae, non salutem rei publicae retinuisset; Planc 89.

persevero, verharren, beharren, fortſetzen: I. in quo perseveravi; A VI 3, 5. (homines) non tanto opere in vitiis perseverarent; inv II 5. — II, 1. quod, ad urbem ut non accederem, perseveravi; A IX 19, 4. — 2. iniuriam facere fortissime perseverat; Quinct 31. quodsi perseveras me ad matris tuae cenam revocare; ep IX 16, 8. — 3. cum Orestes Orestem se esse perseveraret; Lael 24. — III. neque te ipsum id, quod turpissime suscepisses, perseverare et transigere potuisse; Quinct 76.

persimilis, ſehr ähnlich: quae (memoria) est in dissimili genere persimilis; part or 26. illi statuam istius persimilem deturbant; Piso 93.

persolvo, bezahlen, abzahlen, erweiſen, einlöſen, büßen: I. persolvi primae epistulae, venio ad secundam; A XIV 20, 2. — II. idem ego ille persolvi patriae, quod debui; Sulla 87. velim, reliquum quod est promissi ac muneris tui, mihi persolvas; ep III 9, 3. cum ab eo merces tui beneficii pretiumque provinciae meo sanguine tibi esset persolutum; dom 23. gloriae munus monimenti honore persolvitur; Phil XIV 34. ſ. alqd. ab omnibus esse ei poenas persolutas; orat 214. his praemia sunt promissa, illis persoluta; Phil XI 39. promissum: ſ. alqd. stipendium eis (militibus) persolutum; A V 14, 1. votum patris Capitolii aedificatione persolvit; rep II 44. si hoc mihi ζήτημα persolveris, magna me molestia liberaris; A VII 3, 10.

persona, Maske, Rolle, Stellung, Rang, Charakter, Perſon: I. parumne foeda persona est ipsius senectutis? A XV 1, 4. neque obscuris personis res agetur; ep III 5, 2. exsultabat gaudio persona de mimo; Phil II 65. ut mea persona semper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere populare; A VIII 11, D, 7. ne pertineat ‖ nihil pertinet ‖ ad oratoris locos Opimii persona; de or II 134. — II, 1. illam gravitatis severitatisque personam non appetivi, sed ab re publica mihi impositam sustinui; Muren 6. Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis, heroicae personae; nat III 71. mihi iudicatum est deponere illam iam personam, in qua me saepe illi ipsi (Caesari) probavi; ep VII 33, 2. ecquae pacifica persona desideretur; A VIII 12, 4. imponatur honestae civitati turpissima persona calumniae? Ver II 43. ſ. appeto. ponit (vir bonus) personam amici, cum induit iudicis; of III 43. qui supposita persona falsum testamentum obsignandum curaverit; Cluent 125. qui hanc personam susceperit, ut amicorum controversias causasque tueatur; de or I 169. tres personas unus sustineo summa animi aequitate, meam, adversarii, iudicis; de or II 102. ſ. appeto. L. Paulus, Africani pater, personam principis civis facile dicendo tuebatur; Bru 80. — 2. personis has res attributas putamus: nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, adfectionem, studia, consilia, facta, casus, orationes; inv I 34. ſ. 3. capio ex. — 3. neque oratio abhorrens a persona hominis gravissimi; rep I 24. ex persona coniectura capietur, si eae res, quae personis attributae sunt, diligenter considerabuntur; inv II 28. ex tua persona enumerare possis; inv I 99. quae ad personam pertinent; inv II 22. qui (histriones) in dissimillimis personis satis faciebant, cum tamen in suis versarentur; orat 109. — III, 1. cum id, quod quaque persona dignum est, et fit et dicitur; of I 97. — 2. non in hominum innumerabilibus personis, sed in generum causis atque naturis omnia sita esse; de or II 145. — IV. qui neque actor sum ‖ sim ‖ alienae personae, sed auctor meae; de or II 194. qui idem ita moderantur, ut rerum, ut personarum dignitates ferunt; de or III 53. poëtae in magna varietate personarum, quid deceat, videbunt; of I 98. — V. ut ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur; de or II 193. in eius (Pompei) persona multa fecit asperius; ep VI 6, 10. ſ. II, 1. depono. 3. versor in.

personatus, maskiert: qui (senes) personatum ne Roscium quidem magnopere laudabant; de or III 221. »quid est, cur ego personatus ambulem?« ‖ quid . . ambulem? ‖ A XV 1, 4.

persono, erſchallen, ertönen, erſchallen laſſen, laut rufen: I. personare aures eius (Leptae) huius modi vocibus non est inutile; ep VI 18, 4. ut cotidiano cantu tota vicinitas personet; Sex Rosc 134.

— II. furialis illa vox secum et illos et consules facere acerbissime personabat; Planc 86. — III. quas (res) isti in angulis personant; rep I 2.

perspargo, beſtreuen: quo (lepore) tamquam sale perspargatur omnis oratio; de or I 159.

perspicax, einſichtsvoll: sequemur id, quod acutum et perspicax natura est; of I 100.

perspicientia, Einſicht, Erkenntnis: (honestum) in perspicientia veri sollertiaque versatur; of I 15.

perspicio, deutlich ſehen, durchſchauen, beſchauen, muſtern, erkennen, wahrnehmen: I. cum satis iam perspexisse videretur; Ver IV 65. — II, 1. qui illorum prudentiam non dicam adsequi, sed, quanta fuerit, perspicere possint; har resp 18. nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti te facerem; ep III 10, 2. — 2. quae (res) inesse in homine perspiciantur ab iis, qui se ipsi velint nosse; leg I 62. — 3. erit ei perspectum nihil ambigi posse, in quo . .; orat 121. — III. si te ipse et tuas cogitationes et studia perspexeris; fin II 69. si ex iis, quae scripsimus tanta, etiam a me non scripta perspicis; A I 18, 8. fac, ut omnia ad me perspecta et explorata perscribas; A III 15, 8. cuius animum egregium ex Bruti litteris perspicere potuistis; Phil X 13. postea, quam M. Antonii non solum audaciam et scelus, sed etiam insolentiam superbiamque perspeximus; Phil VIII 21. in tua erga me mihi perspectissima benivolentia; A XI 1, 1. tota causa pertemptata atque perspecta; de or II 318. cogitationes: ſ. alqm. cum (sapientis animus) totius mundi motus conversionesque perspexerit; Tusc V 69. ut nostrum cursum perspicere possis; Bru 307. cuius virtutem hostes, misericordiam victi, fidem ceteri perspexerunt; Ver II 4. et furto et scelere perspecto; Ver I 43. ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem varietatemque fortunae; of I 90. insolentiam: ſ. audaciam. tibi perspectum esse iudicium de te meum laetor; A I 20, 1. vidi penitusque perspexi in meis variis temporibus et sollicitudines et laetitias tuas; A I 17, 6. populi Romani perspiciunt eandem mentem et voluntatem; Flac 96. misericordiam: ſ. fidem. qui rerum omnium naturam, mores hominum atque rationes penitus perspexerit; de or I 219. motus: ſ. conversiones. ea scientia et verborum vis et natura orationis et consequentium repugnantiumve ratio potest perspici; fin I 63. qui (Zopyrus) se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur; Tusc IV 80. ſ. mores. quam (observantiam) penitus perspexi; ep XIII 50, 1. rationem: ſ. mores, naturam. ut (animus) rem perspicere cum consilio et cura non potuerit; inv II 17. si ars ita definitur, ex rebus penitus perspectis planeque cognitis; de or I 108. scelus: ſ. audaciam, furtum. ex his sententia scriptoris maxime perspicitur; inv II 121. sollicitudines: ſ. laetitias. studia: ſ. alqm. superbiam: ſ. audaciam. varietatem: ſ. imbecillitatem. virtutem: ſ. fidem. vim: ſ. naturam. perspecta vestra voluntate; sen 25. ſ. mentem.

perspicue, offenbar, deutlich: I. quod ad exsilium attinet, perspicue intellegi potest, quale sit; Caecin 100. divinatio perspicue tollitur; div II 41. — II. in perspicue falsis; part or 44. aperte iam et perpicue nulla esse iudicia; Ver pr 20. hoc quia perspicue verum est; inv I 63. — III. falsum est, in quo perspicue mendacium est; inv I 90.

perspicuitas, Augenſcheinlichkeit, Deutlichkeit: I. perspicuitas illa, quam diximus, satis magnam habet vim, ut ipsa per sese ea, quae sint, nobis, ita ut sint, indicet; Ac II 45. — II, 1. dico: ſ. I. quod nihil esset clarius ἐναργείᾳ, ut Graeci, perspicuitatem aut evidentiam nos, si placet, nominemus; Ac II 17. — 2. sapientis esse opinionem a perspicuitate seiungere; Ac II 45.

perspicuus, augenſcheinlich, deutlich, offenbar: A. ex hisce omnibus illud perspicuum est, approbationem tum adiungi, tum non adiungi; inv I 66. perspicua sunt haec quidem et in vulgari prudentia sita; de or II 132. argumenti ratione conclusi caput esse faciunt ea, quae perspicua dicunt; fin IV 8. perspicuum est iam, quid mihi videatur; of III 92. hic et propositio et adsumptio perspicua est; inv I 66. ut omnibus istius furta, illius flagitium, utriusque audacia perspicua esset posset; Ver I 189. perspicua sua consilia omnibus fecit; Ver pr 5. flagitia, furta: ſ. audacia. perspicuum (genus argumentationis) est, de quo non est controversia; inv I 92. sunt etiam clariosa vel plane perspicua minimeque dubitanda indicia naturae; fin V 55. clarissimos viros se in medios hostes ad ad perspicuam mortem iniecisse; dom 64. propositio: ſ. adsumptio. permultas ita atroces et perspicuas res esse, ut . .; inv II 85. — B, I. cum convicio veritatis coacti perspicua a perceptis volunt distinguere; Ac II 34. vos cum perspicuis dubia debeatis inlustrare, dubiis perspicua conamini tollere; fin IV 67. — II. inlustrare: ſ. I. tollo.

persto, beharren, verharren: I. perstat in sententia Saturius; Q Rosc 56. tamenne in ista pravitate perstabitis? Ac II 26. — II. si perstiteris ad corpus ea, quae dixi, referre; fin II 107.

perstringo, ſtreifen, durchpflügen, berühren, unangenehm berühren, tadeln: qui consulatus meus) illum (Hortensium) primo leviter perstrinxerat; Bru 323. quod esse in arte positum videbatur, perquam breviter perstrinxi atque attigi; de or II 201. vomere portam paene perstrinxisti; Phil II 102. quod solum tam exile est, quod aratro perstringi non possit? agr II 67. ille M. Antonii voluntatem asperioribus facetiis saepe perstrinxit impune; Planc 33.

perstudiose, ſehr eifrig: cum eum (Aelium) audire perstudiose solerem; Bru 207.

perstudiosus, eifrig treibend, ſehr ergeben: quarum (litterarum Graecarum) constat eum (M. Catonem) perstudiosum fuisse in senectute; Cato 3. (Thermum) intellexi esse perstudiosum tui; A V 20, 10.

persuadeo, überreden, überzeugen, beſtimmen: I, 1. quae (rationes) nullam adhibent persuadendi necessitatem; Ac II 116. — 2, a. si tibi persuasum est; nat III 7. — b. geometrae provideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere; Ac II 116. — II, 1. si forte de paupertate non persuaseris; Tusc IV 59. — 2. si iam persuasum erat Cluvio, ut mentiretur; Q Rosc 51. si tibi, ut id lubenter facias, ante persuaseris; ep XIII 1, 2. — 3. quibus persuasum sit foedissimum hostem iustissimo bello persequi; Phil XIII 35. — 4. persuade tibi me petere praeturum; ep XI 16, 3. tibi persuade maximam rei publicae spem in te esse; ep XII 9, 2. nisi illud mihi persuadeo, te nihil temere fecisse; ep XIII 73, 2. illud erat persuasum, Pompeium iter fecisse; A X 9, 1. — III. nisi homines ea, quae ratione invenissent, eloquentia persuadere potuissent; inv I 3. si ab iis, qui ante dixerunt, iam quiddam auditori persuasum videtur; inv I 23. quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato; A XIII 38, 2. hoc cum (Quintus) mihi non modo confirmasset, sed etiam persuasisset; A XVI 5, 2. ſ. II, 4. illa opinio mali, quo viso atque persuaso aegritudo insequitur necessario; Tusc III 72.

persuasio, Überredung, Überzeugung: I. officium eius facultatis videtur esse dicere apposite ad persuasionem; inv I 6. — II. quae clam, palam, vi, persuasione fecerit; inv I 41.

persuasus, Überredung: utrum velitis casu illo itinere Varenum usum esse an huius persuasu et inductu; fr A II 14.

persubtilis, ſehr fein: quoniam tua fuit perelegans et persubtilis oratio; Planc 58.

pertaesum est, Ekel empfinden: quidam „pertisum“ etiam volunt, quod eadem consuetudo non probavit; orat 159. pertaesum est levitatis. adsentationis, animorum non officiis, sed temporibus servientium; Q fr I 2, 4.

pertempto, prüfen, erforſchen: I. his ex partibus iuris elicere pertemptando unam quamque iuris partem oportebit; inv II 68. — II. si totius administratio negotii ex omnibus partibus pertemptabitur; inv II 38. tota causa pertemptata atque perspecta; de or II 218. scripturam totam omnibus ex partibus pertemptare; inv II 117.

pertenuis, ſehr gering, ſehr ſchwach: quae res pertenui nobis argumento indicioque patefacta est; Ver pr 17. mihi dicendi aut nullam artem aut pertenuem videri; de or I 107. indicium: ſ. argumentum. spes salutis pertenuis ostenditur; ep XIV 3, 2.

perterebro, durchbohren: Hannibalem Coelius scribit (columnam auream) perterebravisse; div I 48.

perterreo, erſchrecken, einſchüchtern: metu perterriti repente diffugimus; Phil II 108. eum perterritum somnio surrexisse; div I 57. me contremuisse timore perterritum; div I 58. metu perterritis nostris advocatis; Caecin 44. cuius animus sit perterritus; Caecin 42. illum (bubulcum) perterritum fugisse; div I 57. his ille clamat omnium mortalium mentes esse perterritas; nat I 86.

pertexo, ausführen, vollenden: pertexe modo, quod exorsus es; de or II 145. totum hunc locum (Crassus) valde graviter pertexuit; A I 14, 3.

pertimesco, in Furcht geraten, fürchten: I, 1. vehementius arbitror pertimescendum, si . .; prov 39. — 2. testimoniis Fufiorum recitatis homo audacissimus pertimuit; Flac 48. — II, 1. de re publica debui pertimescere; div II 59. — 2. tanta legum contemptio nonne quem habitura sit exitum pertimescit? Sest 134. — 3. pertimuit (Epicurus), ne alterutrum fieret necessarium; nat I 70. — III. Siculi Siculos non tam pertimescebant; Ver III 78. cuius conscientiam nihil est quod quisquam timeat, si non pertimescat suam; Rab Post 11. quid est cur nos crimen hoc pertimescamus? Cael 50. neque est, quod illam exceptionem in interdicto pertimescas: „QUOD TU PRIOR VI HOMINIBUS ARMATIS NON VENERIS“; ep VII 13, 2. non putavi famam inconstantiae mihi pertimescendam; ep I 9, 11. cum scelera consiliorum vestrorum fraudemque legis et insidias pertimescam; agr I 25. non rex, non gens ulla, non natio pertimescenda est; agr I 26. qui hostium impetum vimque pertimuit; Cluent 128. insidias: ſ. fraudem. te hortor, ut maneas in sententia neve cuiusquam vim aut minas pertimescas; imp Pomp 69. pertimescenda est multitudo causarum; de or II 140. nationem: ſ. gentem. ut legum poenas pertimescas; Catil I 22. cum secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam; ep IV 14, 2. regem: ſ. gentem. ne tum quidem fortunae rotam pertimescebat; Piso 22. scelera: ſ. fraudem. vim: ſ. impetum, minas. — IV. quos hostes haec familia contempsit, numquam eosdem testes pertimescet; Flac 58.

pertinacia, Beharrlichkeit, Hartnäckigkeit: I. pertinacia, quae perseverantiae finitima est; inv II 165. — II, 1. si in minimis rebus pertinacia reprehenditur; Ac II 65. — 2. nec cum iracundia aut pertinacia recte disputari potest; fin I 28. ex pertinacia aut constantia oritur saepe seditio; Sest 77. — III. sua pertinacia vitam amiserunt; Marcel 21.

pertinax, beharrlich, hartnäckig: A. aut pertinacissimus fueris aut . .; fin II 107. etsi (Arcesilas) fuit in disserendo pertinacior; fin V 94. contentiones concertationesque in disputando pertinaces; fin I 27. sit hic sermo lenis minimeque pertinax; of I 134. — B. ea omnia, quae proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium sunt; de or II 182.

piscina, Fiſchteich: I. ut amissa re publica piscinas suas fore salvas sperare videantur; A I 18, 6. — II, 1. piscina et salientibus additis; Q fr III 1, 3. — 2. duos conservos occidit in piscinamque deiecit; Cluent 179. si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant; A II 1, 7. — III. magna vis aquae usque ad piscinam publicam; Q fr III 7, 1. — IV. non modo de Cynico consulari, sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se iactare; A II 9, 1.

piscinarius, Fiſchteichbeſitzer: I. mihi ut invideant piscinarii nostri; A I 20, 3. — II. hos piscinarios dico amicos tuos; A I 19, 6.

piscis, Fiſch: I, 1. etsi pisces, ut aiunt, ova cum genuerunt, relinquunt; nat II 129. — 2. qui (acupenser) est piscis, ut ferunt, in primis nobilis; fat fr 5. — II. quod ea (voluptate) videlicet homines capiantur ut pisces; Cato 44. piscem Syri venerantur; nat III 39. — III. fons plenissimus piscium; Ver IV 118. — IV. quid multitudinem suavitatemque piscium dicam? nat II 160. cum is ipse anulus in praecordiis piscis inventus est; fin V 92. suavitas: ſ. multitudo.

piscor, fiſchen: ab iis (piscatoribus) petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur; of III 58.

pistor, Bäcker: I. pistor domi nullus, nulla cella; Piso 67. — II. optimis cocis, pistoribus vitantes cruditatem; fin II 23.

pistrinum, Stampfmühle: a quibus oratorem in iudicia et contiunculas tamquam in aliquod pistrinum detrudi et compingi videbam; de or I 46. in publicam (custodiam hominem tradiderit) an in pistrinum; Q fr I 2, 14. tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum; de or II 144.

Pistrix, Walfiſch: »Andromedam explorans fera quaerere Pistrix pergit«; fr H IV, a, 384. »fera Pistrix labitur horribiles epulas funesta requirens«; fr H IV, a, 661.

pituita, Schleim: bilem, pituitam, ossa videor posse dicere, unde concreta et quo modo facta sint; Tusc I 56. cum pituita redundat aut bilis; Tusc IV 23.

pituitosus, verſchleimt: in aliis (locis) esse pituitosos et quasi redundantes, in aliis exsiccatos atque aridos; fat 7.

pius, fromm, liebevoll, gewiſſenhaft, pflichtgetreu: A. patriae conducit pios habere cives in parentes; of III 90. quae (religio) deorum cultu pio continetur; nat I 117. si iusto, si pio dolore me esse adfectum viderent; de or II 201. o conservandus civis cum tam pio iustoque foedere! Phil XIII 37. ut „PIA ET AETERNA PAX“ sit; Balb 35. — B, I. *ubi duxerat ipse Cicero* piissimus; fr E XVIII 3. — II. tu porro ne pios quidem, sed „piissimos“ quaeris et, quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id inducis; Phil XIII 43. — III. piorum et impiorum (deos) habere rationem; leg II 15.

pix, Pech: *ut M. Tullius* „picem“ *dicere non turpe duxit;* fr K 4.

placabilis, verſöhnlich: cui (Dionysio) placabilem me praebuissem; A X 16, 1. qui omnia habuisset placabiliora quam animum praetoris; Ver II 95.

placabilitas, Verſöhnlichkeit: nihil magno et

praeclaro viro dignius placabilitate atque clementia; of I 88.

placate, ruhig, gelassen: omnia humana placate et moderate feramus; ep VI 1, 4. hoc ipsum intellegimus eum cotidie remissius et placatius ferre; ep VI 13, 3.

placatio, Versöhnung, Beruhigung: I. quae tam subito facta est deorum tanta placatio? div II 36. — II. perturbatio animi placatione abluatur; Tusc IV 60.

placeo, gefallen, belieben, der Meinung sein, beschließen, verordnen: I. venio ad comitia, sive magistratuum placet sive legum; Sest 109. sed, si placet, in hunc diem hactenus; rep II 70. — II. 1. mihi placuit, ut summorum oratorum Graecas orationes explicarem; de or I 155. placuit nobis, ut statim ad Cornutum, praetorem urbanum, litteras deferremus; ep X 12, 3. — 2. placuit Caecinae de amicorum sententia constituere; Caecin 20. placet ante definire, quid sit officium; of I 7. — 3. placeat oportet demonstrationem et deliberationem non esse constitutionem nec partem constitutionis; inv I 13. quoniam tuis placuit te habere meas litteras; ep VI 8, 3. — III. ego numquam mihi minus quam hesterno die placui; de or II 15. velim tibi eum (Marcellum) placere quam maxime; Bru 249. (Longilius) fidem mihi faciebat se velle nobis placere; Q fr II 5, 3 (6, 2). nego in Sicilia tota ullum argenteum vas fuisse, signum ullum, nego ullam picturam, quin conquisierit, quod placitum sit, abstulerit; Ver IV 1. meum mihi placebat, illi suum; A XIV 20, 3. sibi illud, quod mihi placeret, non probari; A XIV 20, 3. mihi caligae eius (Epicratis) et fasciae cretatae non placebant; A II 3, 1. omen magis patribus conscriptis quam causa placuit; Ver I 99 semper mihi et doctrina et eruditi homines et tua ista studia placuerunt; rep I 29. fasciae: ſ. caligae. homines: ſ. doctrina. non placet mihi inquisitio candidati; Muren 44. omen: ſ. causa. illa mihi placebat oratio de convenientia consensuque naturae; nat III 28. studia: ſ. doctrina. cum ea (vita) non placeat; fin I 49. — exspecto, quid istis placeat de epistula ad Caesarem; A XIII 1, 3.

placide, ſanft, ruhig, friedlich, ſtill: leniter atque placide fides, non vi et impetu, concuti debere*; rep fr 9. hospitis (iniurias) placide ferendas arbitrabatur; Ver II 84. cuius (Demetrii) oratio sedate placideque liquitur ‖ loquitur, al. ‖; orat 92. cum ratione animus movetur placide atque constanter; Tusc IV 13.

placidus, ſanft, ruhig, friedlich: ita eum placidum mollemque reddidi, ut . .; Caecin 28. tranquillitatem, id est placidam quietamque constantiam; Tusc IV 10. dicendi placidum et sanum genus; Bru 276. non semper fortis oratio quaeritur, sed saepe placida, summissa, lenis; de or II 183. semper in animo eius (sapientis) esse placidissimam pacem; Tusc V 48.

placo, beruhigen, beſänftigen, verſöhnen: consequeris, ut eos ipsos, quos contra statuas, aequos placatosque dimittas; orat 34. uti te sibi placarem; ep XIII 1, 3. nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in sororem tuam; A V 1, 3. tibi de nostro amico placando aut etiam plane restituendo polliceor; A I 10, 2. Peripatetici ad placandos animos multa adferunt; Tusc IV 9. deos placandos esse; Font 31. nostrae nobis sunt inter nos irae discordiaeque placandae; har resp 63. fratrem: ſ. alqd. iras: ſ. discordias. cum plebem muneribus placarit; Milo 95. qui (somnus) non numquam placatissimam quietem adfert; Tusc I 97. de rebus placatis ac minime turbulentis; orat 63. ut omnes bene sanos in viam placatae, tranquillae, quietae, beatae vitae deduceret; fin I 71. nostrum est populi voluntates placare turbatas; Planc 11.

plaga, Schlag, Hieb, Stoß, Wunde: I. haec levior est plaga ab amico quam a debitore; ep IX 16, 7. — II. accipienda plaga est; A VII 15, 3. quam (impulsionem) plagam ille (Democritus) appellat; fat 46. orator nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta; orat 228. si ad cetera vulnera hanc quoque mortiferam plagam inflixisses auguratus tui; Vatin 20. illa plaga est iniecta petitioni tuae maxima; Muren 48. gladiatores quas plagas perferunt! Tusc II 41. — III, 1. Phrygem plagis fieri solere meliorem; Flac 65. — 2. tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam; fat 22.

plaga, Netz, Schlinge, Gegend, Gebiet: 1. hanc plagam effugi; A VII 1, 5. sic tu aedes proscribas, tabulam tamquam plagam ponas, in eam aliquis incurrat imprudens? of III 68. suntne insidiae tendere plagas? of III 68. quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt; Ac II 147. — 2. »haec (dextra) e Tartarea tenebrica abstractum plaga tricipitem eduxit canem? ‖ ; ‖ « Tusc II 22. quem ego ructantem et nauseantem conieci in Caesaris Octaviani plagas; ep XII 25, 4. in illas tibi maiores plagas incidendum est; Ver V 151. incurro in: ſ. 1. pono.

plagiarius, Dieb, Räuber: „Licinium plagiarium cum suo pullo milvino tributa exigere“; Q fr I 2, 6.

plane, deutlich, klar, ausdrücklich, geradezu, völlig: I. quo planius accipiatur (forma generis); Top 14. plane adsentior; de or II 50. ex rebus penitus perspectis planeque cognitis; de or I 108. Asclapo medicus plane confirmat . .; ep XVI 9, 2. neque cuiquam bono oratori rem ullam ex illis quinque partibus plane atque omnino defuisse; Bru 215. ut planius dicam; de or II 303. plane iracundia elatum Caesarem; A X 4, 8. erat perfecte planeque eruditus; Bru 282. in perditam et plane eversam provinciam; A V 16, 2. ut plane et dilucide (loquamur); de or I 144. antequam me plane salutavit; ep IX 14, 3. de Ocella parum ad me plane scripseras; ep II 15, 5. ut quam planissime ad me scribas; A III 21. cui (Pompeio) plane suscensui; A IX 5, 2. plane valere Atticam; A XIII 27, 2. causam armorum quaeri plane video; A XIV 20, 4. explicari mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intellegam; A VIII 12, 1. — II. homines plane frugi ac sobrii; Ver III 67. tu vis (geminos) eosdem plane esse, non similes; Ac II 55 (54). bene plane magnus mihi quidem videtur (Philoctetae dolor), sed tamen non summus; Tusc II 44. sobrius: ſ. frugi. — III. modo plane annis CXL ante me consulem; Bru 60. — IV. primo respondisti plane ferociter; Phil II 72. non dicis igitur: „miser est M. Crassus“, sed tantum „miser M. Crassus“? ita plane; Tusc I 13. illud plane moleste tuli, quod . .; ep III 10, 1. — V. is si non plane artem, at quasi artem quandam invenerit; de or II 32. eum plane eversorem rei publicae fore; Sest 129. vidi Mytilenis nuper virum atque, ut dixi, vidi plane virum; Bru 250. Trebatius erat mecum, vir plane et civis bonus; A X 11, 4. — VI. ut (cives) plane sine ullo domino sint; rep I 67. — VII. ut plane nihil intersit; Ac II 48. plane iliuc te ire nolo; A XIII 27, 2. aenigma [Opiorum ex Velia] plane non intellexi; A VII 13, 5. quas (res) sustinere vix possum vel plane nullo modo possum; A XI 9, 3.

plango, ſchlagen: qui multis inspectantibus caput feriebas, femina plangebas; fr A XIV 8.

plangor, Wehklagen: 1. ut plangore et lamentatione complerimus forum; orat 131. — 2. tu diadema imponebas cum plangore populi; Phil II 85.

planitia, planities, Ebene, Fläche: I. quo in summo (loco) est aequata agri planities; Ver IV 107. — II. propter planitiam magnitudinemque regionum, quas (Assyrii) incolebant; div I 2.

planta, Setzling, Fußſohle: I. malleoli, plantae nonne efficiunt, ut quemvis delectent? Cato 52. — II. »(Nixus) laevum genus atque inlustrem linquit in alto plantam«; H IV, a, 621. — III. »Orionis sub laeva planta«; fr H IV, a, 393.

planus, eben, klar, deutlich: si de pecunia testibus planum facere non possem; Ver II 81. si planum fit hoc ita esse factum; Ver II 178. quid tam planum videtur quam mare? Ac fr 2. cum duae formae praestantes sint, ex solidis globus, ex planis autem circulus aut orbis; nat II 47. planissimo in loco; agr II 96. mere: ſ. alqd. ut (narrationes) planae sint, ut breves, ut evidentes; Top 97. brevior est altera (considerandi via), eadem etiam planior; orat 180.

planus, Abenteurer, Ränkemacher: hic ille planus improbissimus contrahit frontem; Cluent 72.

platalea, Pelikan: legi etiam scriptum esse avem quandam, quae platalea nominaretur; eam sibi cibum quaerere advolantem ad eas aves, quae se in mari mergerent; quae cum emersissent piscemque cepissent, usque eo premere earum capita mordicus, dum illae captum amitterent, in quod ipsa invaderet; nat II 124.

platanus, Platane, morgenländiſcher Ahorn: me haec tua platanus admonuit, quae patulis est difusa ramis; de or I 28. quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? idem ‖ item ‖ scilicet censeres in platanis inesse musicam; nat II 22.

plaudo (plodo), Beifall klatſchen: 1. huic (Curioni) ita plausum est, ut salva re publica Pompeio plaudi solebat; A II 19, 3. quod ne Victoriae quidem ploditur; A XIII 44, 1. — 2. Vatinium arbitratu nostro concidimus dis hominibusque plaudentibus; Q fr II 4, 1. qui (equites) Curioni stantes plauserant; A II 19, 3.

plausibilis, des Beifalls würdig: quod asperius ante populo videri solebat, id iam populare et plausibile factum est; div Caec 8. quoniam haec plausibilia non sunt; Tusc III 51.

plaustrum, Laſtwagen: I. se interfectum in plaustrum esse coniectum; div. I 57. quid esset in plaustro; div I 57. — II. omnia (signa) plaustris evecta exportataque esse; Ver I 53.

plausus, Klatſchen, Lärm, Beifall: I. Caesar cum venisset mortuo plausu; A II 19, 3. tantis plausibus, tanta approbatione infimorum; A XIV 16, 2. plausus L. Cassio datus etiam facetus mihi quidem visus est; A XIV 2, 1. — II. inania sunt ista, captare plausus, vehi per urbem; Piso 60. is sum, qui istos plausus semper contempserim; Phil I 37. cum *populus* more hoc insulso et novo plausum meo nomine recitando dedisset ‖ dedissent ‖; A IV 1, 6. ſ. I. videtur. levitate non nullorum emptos plausus exiles et raros excitare; Sest 115. huic plausus maximi a bonis impertiuntur; A II 18, 1. alterum plausus in foedissima causa quaerere, alterum offensiones in optima; A VIII 9, 3. — III. cum populus Romanus maximo clamore et plausu Bruti memoriam prosequebatur; Phil X 81. a qua (plebe) plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata; A IV 1, 5.

plebecula, Pöbel: I. quod misera ac ieiuna plebecula putat . .; A I 16, 11. — II. (Octavianus) videtur plebeculam urbanam secum habiturus; A XVI 8, 2.

plebeius, bürgerlich, niedrig, gemein: A. qui sive patricius sive plebeius esset; Scaur 34. de plebeia faece sellulariorum; fr K 11. sin autem sunt amplae et honestae familiae plebeiae; Muren 15. cum his (ludis) plebeios esse coniunctos; Ver pr 31. licet concurrant omnes plebeii philosophi; Tusc I 55. nonne (videor) plebeio sermone agere tecum? ep IX 21, 1. — B. cum ille, qui id egerat, plebeius est lege curiata factus; prov 45.

plebicola, Volksfreund: I. ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem; Sest 110. — II. quod genus hominum ab hoc plebicola tribuno plebis funditus eicitur; agr II 84.

plebiscitum ſ. **plebs,** IV, 1.

plebs, plebes, Bürgerſtand, Plebejer, Volk, Menge: 1. cum plebes prope ripam Anionis ad tertium miliarium consedisset; Bru 54. cum plebes publica calamitate impendiis debilitata deficeret; rep II 59. haec nisi plebes iussisset; dom 128. — II, 1. Gracchos plebem in agris publicis constituisse; agr II 10. exturbari et expelli plebem ex agris, non constitui et conlocari; agr II 84. debilito: ſ. I. deficit. cum plebem muneribus placarit; Milo 95. »quod ii (tribuni) plebem rogassint, ratum esto«; leg III 9. iis (legibus) nec populum nec plebem teneri; Phil XII 12. — 2. haecine plebi Romanae est constituta condicio? Ver V 157. — 3. te cum plebe iure agere potuisse; dom 42. fero ad: ſ. IV, 1. tribunus. eam legem pro plebe, non in plebem tulit; Cluent 151. is (C. Herennius) ad plebem P. Clodium traducit; A I 18, 4. — III. frumentariam legem C. Gracchus ferebat; iucunda res plebei; Sest 103. »optimatibus (suffragia) nota, plebi libera sunto«; leg III 38. — IV, 1. plebis libertatem et commoda tueri voluerunt; Sest 137. ille M. Cato Sapiens nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat; Ver II 5. neque plebis scitis totiens consularem potestatem minui potuisse; de or II 199. hoc plebei scitum est? dom 44. nec nostras duodecim tabulas nec plebiscita desidero; leg I 57. tum secessiones plebei; rep I 62. ut anno proximo P. Scaevola tribunus plebis ferret ad plebem, vellentne . .; fin II 54. — 2. ad plebem transitiones (scriptae sunt); Bru 62. — V. totus ager Campanus colitur et possidetur a plebe, et a plebe optima et modestissima; agr II 84.

plecto, flechten: »Scorpios posteriore trahens plexum ‖ flexum ‖ vi corporis arcum«; nat II 113.

plecto, ſtrafen: „quid ergo?“ inquit Scaurus; „Aemilius fecit, plectitur Rutilius“; de or II 280. ut in suo vitio quisque plectatur; leg III 46. ut sine invidia culpa plectatur; Cluent 5.

plectrum, Kiel, Schlagſtäbchen: plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes; nat II 149.

plene, völlig, vollſtändig: plene et perfecte sic dici existimato; nat II 74. si hoc plene vitare non potes; Q fr I 1, 38.

plenus, voll, trächtig, reichlich verſehen, reich, vollzählig, vollſtändig, ſtark, kräftig, volltönend: A. qui Antonium ieiuniorem aut Crassum pleniorem fuisse putet; de or III 16. noli putare quemquam pleniorem aut uberiorem ad dicendum fuisse; Bru 125. pleni enectine simus; div II 142. tu tibi desse noli; serius potius ad nos, dum plenior; ep VII 9, 2. ex tuis litteris plenus sum exspectatione de Pompeio; A III 14, 1. omnia nonne plena consiliorum, inania verborum videmus? de or I 37. „sient“ plenum est, „sint“ imminutum; orat 157. plena timoris et erroris omnia; A VII 12, 2. plenum est forum, plena templa circum forum, pleni omnes aditus huius templi ac loci; Catil IV 14. ut haberet ad praeturam gerendam plenum annum atque integrum; Milo 24. divitiae, nomen, opes vacuae consilio dedecoris plenae sunt et insolentis superbiae; rep I 51. plena domus caelati argenti optimi; Ver II 35. cuius (Cottae) tu illa lata, Sulpici, non numquam imitaris, ut Iota litteram tollas et E plenissimum dicas; de or III 46. tres accepi epistulas, unam brevem, duas pleniores; ep XI 12, 1. bonorum virorum plenum forum; de or II 198. ſ. aditus. (vocis genus) flexibile, plenum, interruptum; de or III 217. peracutum et artis plenum orationis genus; Bru 114. plena exemplorum est historia, tum referta

vita communis; div I 50. homo plenus officii; ep XI 27, 1. si eadem hora aliae pecudis iecur nitidum atque plenum est, aliae horridum et exile; div II 30. hilaritatis plenum iudicium ac laetitiae fuit; de or I 243. plenus est sextus liber de officiis Hecatonis talium quaestionum; of III 89. litteras plenas et amoris et officii; ep III 1, 2. erat ea navis plena iuventutis formosissimae, plena argenti facti atque signati; Ver V 63. nomen: ſ. divitiae. habui noctem plenam timoris ac miseriae; ep XVI 14, 1. vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo adrogantiae; Muren 49. opes: ſ. divitiae. in laudibus ea nescio quo modo quasi pleniore ore laudamus; of I 61. simplex causa, constans ratio, plena consensionis omnium, plena concordiae; Sest 87. plena exemplorum est nostra res publica; of III 47. reticulum ad nares sibi admovebat plenum rosae; Ver V 27. sermo: ſ. oculi. cum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit; fin I 66. ut sue plena procuratio fieret; div I 101. templa: ſ. aditus. medicamentorum salutarium plenissimae terrae; nat II 132. quod illa tropaea plena dedecoris et risus te commentatum esse declarant; Piso 97. vita: ſ. solitudo. subsellia grandiorem et pleniorem vocem desiderant; Bru 289. vultus: ſ. oculi. — B, I. Leucippus plenum et inane (dixit esse); Ac II 118. — II. „quibus vinum defusum e pleno sit“; fin II 23.

plerumque, gewöhnlich, meiſtenteils: I. quae (sententia) cum aptis constricta verbis est, cadit etiam plerumque numerose; Bru 34. ut quaeram omnia, dubitans plerumque et mihi ipse diffidens; div II 8. animi discessus a corpore fit plerumque sine sensu, non numquam etiam cum voluptate; Tusc I 82. in tabernaculo manere plerumque; A V 16, 3. non comitiis iudicat semper populus, sed movetur plerumque gratia; Planc 9. interpuncta argumentorum plerumque occulas; de or II 177. — II. quae (perturbatio animi) plerumque brevis est et ad tempus; of I 27. — III. illa inconsiderata et plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix, fama popularis; Tusc III 4.

plerusque, ein großer Teil, ſehr viele, die meiſten: A. est magni laboris, quem plerique fugimus; de or I 150. plerisque aratoribus nihil omnino superfuisse; Ver III 103. percensere poterit plerosque inveniendi locos; part or 127. officia media omnia aut pleraque servantem vivere; fin IV 15. convenire videntur genera earum (rerum) omnia, partes generum pleraeque; inv II 38. quae (promissa) pleraque iure praetorio liberantur, non nulla legibus; of I 32. ex maiore parte plerasque res nominari; Tusc V 22. cum forum armatis hominibus ac servis plerisque occupavissent; Sest 75. — B. haec pleraque sunt prudenter disserentium; Tusc IV 48. pleraque illa Solonis sunt; leg II 64. — C, **a,** I ut non nulli patriam, plerique autem se ipsos penitus perdiderunt; fin I 49. plerosque in magistratibus ignoratione iuris sui tantum sapere, quantum apparitores velint; leg III 48. sicuti plerique vestrum sciunt; Cluent 117. — II. quod plerisque contingeret; nat I 27. — III. quod mihi cum plerisque eorum magnum usum esse sciebat; Cluent 49. — IV. ut (philosophia) a plerisque neglecta a multis etiam vituperetur; Tusc V 6. cum plerisque eorum, quibuscum vivo necessario; ep V 21, 1. — **b,** I. sunt pleraque apta huius oratoris parsimoniae; orat 84. — II, 1. si forte temere casu aut pleraque fierent aut omnia; fat 6. — 2. Theophrastum adhibeamus ad pleraque; fin V 12. — III. cum in plerisque essent iudicia contraria; of III 70.

plodo ſ. **plaudo.**

ploratus, Wehklagen: audivimus civitatum gemitus, ploratus; A V 16, 2. rudem illum (videmus) quamvis levi ictu ploratus turpissimos edere; Tusc II 38.

ploro, laut weinen, wehklagen: I. plorando fessus sum; A XV 9, 1. — II. cum concursum plorantium ferre non posses; Piso 89. nec verbis solum, sed etiam verberibus (pueros) plorare cogunt; Tusc III 64.

pluma, Flaumfeder, Flaum: I. ut plumae versicolores (donatae) columbis; fin III 18. — II. pluma alias (animantes), alias squama videmus obductas; nat II 121. nec me consules movent, qui ipsi pluma aut folio facilius moventur; A VIII 15, 2.

plumatus, befiedert: »plumato corpore Corvus«; nat II 114.

plumbeus, bleiern, ſtumpfſinnig: nisi plane in physicis plumbei sumus; Tusc I 71. cum illum plumbeo gladio iugulatum iri diceret; A I 16, 2.

plumbum, Blei: statuas plumbo inhaerentes; rep VI 8.

plumeus, aus Flaumfedern: conlocemus (hunc) in culcita plumea; Tusc III 46.

pluo, regnen: 1. quia coniugata ‖ iugata ‖ verba essent „pluvia“ et „pluendo“; Top 38. quae (aqua) pluendo crevisset; Top 38. — 2. sanguine pluisse senatui nuntiatum est; div II 58.

plusculus, etwas mehr: I. ut plusculum sibi iuris populus ascisceret; rep II 57. in quibus (causis) plusculum negotii est, iudiciorum atque litium; de or II 99. — II. ut amori nostro plusculum etiam, quam concedet veritas, largiare; ep V 12, 3.

pluvia, Regen (ſ. **pluo**): equidem etiam pluvias metuo, si Prognostica nostra vera sunt; A XV 16, a.

pluvius, des Regens: si aquam pluviam eam modo intellegeremus, quam imbri conlectam videremus; Top 38. aqua pluvia ultimo genere ea est, quae de caelo veniens crescit imbri; Top 39.

poculum, Becher, Giftbecher: I, 1. poëtae comparant aut Iuventatem aut Ganymedem pocula ministrantem; nat I 112. quae (pocula) Thericlia nominantur; Ver IV 38. Socrates paene in manu iam mortiferum illud tenens poculum; Tusc I 71. — 2. reliquum (venenum Theramenes) sic e poculo eiecit, ut id resonaret; Tusc I 96. cuius (Epicuri) imaginem nostri familiares in poculis et in anulis habent; fin V 3. — II. iste unus totam Asiam magnitudine poculorum superavit; Flac 92. — III, 1. cum maximis poculis ministraretur; Ver III 105. — 2. si inter cenam in ipsis tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset; Phil II 63.

podagra, Fußgicht: I. si quod constitutum cum podagra habes, fac, ut in alium diem differas; ep VII 4. — II. is (Arcesilas) cum arderet podagrae doloribus; fin V 94.

poëma, Gedicht: I, 1. poëma reconditum paucorum approbationem, oratio popularis adsensum vulgi debet movere; Bru 191. — 2. o poëma tenerum et moratum atque molle! div I 66. — II, 1. ut audirem Laberii et Publii poëmata; ep XII 18, 2. Lucullis quoniam (Archias) Graecum poëma condidit; A I 16, 15. varium poëma dici solet; fin II 10. quoniam Empedocles physicus egregium poëma fecerit; de or I 217. poëma ad Caesarem, quod † composueram ‖ instituerem ‖, incidi; Q fr III 1, 11. quod me institutum ad illum (Caesarem) poëma iubes perficere; Q fr III 8, 3. poëma ab eo nostrum probari; Q fr II 13 (15, a), 2. recondo: ſ. I, 1. — 2. opus est ad poëma quadam animi alacritate; Q fr III 5, 4. — III. poëmatis tragici, comici, epici, melici etiam ac dithyrambici suum cuiusque (genus) est; opt gen 1.

poena, Strafe, Beſtrafung, Buße, Rache, Rachegöttin: poenam iam diu improbitati debitam aut instare iam plane aut certe appropinquare; Catil II 11. quoniam ea poena damnationem necessario consequatur; inv II 59. non fuit in me poena

ulla peccati; dom 77. ut, qui non discessissent, ea poena, quae est de vi, tenerentur; Q fr II 3, 5. clamant inexpiabiles poenas impendere iis, a quibus violatum sit animal; rep III 19. instat: ſ. appropinquat. ab dis manibus innocentium Poenas scelerumque Furias in tuum iudicium esse venturas; Ver V 113. — 2. supplicium est poena peccati; Piso 43. »periurii poena divina exitium, humana dedecus«; leg II 22. — 3. Aetoliam, o Poena et Furia sociorum! decedens miseram perdidisti; Piso 91. — II, 1. tot viri fortes poenam octupli sine ulla dubitatione commissam non persequebantur? Ver III 30. a iuris consultis etiam reticentiae poena est constituta; of III 65. debeo: ſ. I, 1. appropinquat. qui me ea poena multaverit, quam sine mutuatione possem dissolvere; Tusc I 100. nisi in facinore manifesto deprehensus poenas legibus et iudicio dedisset; Bru 241. ut expetantur eae poenae a liberis; nat III 90. qui poenam hanc maternae temeritatis tulit; dom 134. cum ei ante iniusta poena luenda sit quam iusta repetenda; Milo 10 (11). maximas poenas pendo temeritatis meae; A XI 8, 1. persequor: ſ. committo. (C. Blossius) poenas rei publicae graves iustasque persolvit; Lael 37. ut ab ea (matre) poenas liberi sui potissimum petere debuerint; inv I 19. se clivi Capitolini poenas ab equitibus Romanis repetiturum; sen 32. ſ. luo. summi amoris in patriam vicissim nos poenas sufferamus; Flac 96. qui ne de damnata quidem poenas sumere ipse potuisset, de ea supplicium sumpsisse, quae ne adducta quidem sit in iudicium; inv II 82. quorum lege perfectum est, ne ego indemnatus damnatorum poenam sustinerem; dom 9. — 2. his poenis, egestate, exsilio, vinculis, verberibus, elabuntur saepe privati; rep III 34. ingenii praesidio innocentiam iudiciorum poena liberare; de or I 202. — 3. ut scelus imperatoris in poenam exercitus expiatum esse videatur; prov 5. restat nunc, ut de praemio et de poena explicemus; inv II 110. vincula sempiterna ad singularem poenam nefarii sceleris inventa sunt; Catil IV 7. est illa mors non in poena putanda; Piso 44. ut videretur ad hanc insignem poenam reservatus; Milo 86. quae (mors) videtur a poena singulos vindicare; rep III 34. — III. unum ob hoc factum dignum illum omni poena putarem; Phil XIII 17. — IV. erat Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi poenae aestimatio; de or I 232. defensor poenae commutationem ex translativo genere inducendo totam infirmabit accusationem; inv II 59. praesentis poenae metu religio confirmari videtur; leg II 25. est verendum, ne remissione poenae crudeles in patriam fuisse videamur; Catil IV 13. — V, 1. ea poena si adfici || adficere || reum non oporteat; inv II 59. num poena videatur esse adficiendus, qui . .; de or II 134. multare: ſ. II, 1. dissolvo. saepe etiam legum iudiciorumque poenis obligantur; fin I 47. teneri: ſ. I, 1. est. — 2. illum a fratris, a liberum Poenis actum esse praecipitem in sceleratorum sedem; Cluent 171. Carbonem propter recentem poenam Tib. Gracchi sustinuimus; Lael 41.

poenio, poenior ſ. **punio.**

poenitio, Beſtrafung: quod in beneficio gratia, in iniuria poenitio || punitio || nominatur; part or 130.

poenitor, Rächer: fuit ultor iniuriae, poenitor doloris sui; Milo 35.

poësis, Dichtung: I. Anacreontis tota poësis est amatoria; Tusc IV 71. — II. quamvis claris sit coloribus picta vel poësis vel oratio; de or III 100.

poëta, Dichter: I, 1. quidnam esset illud, quo ipsi (poëtae) differrent ab oratoribus; orat 66. est finitimus oratori poëta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac paene par; de or I 70. nec dubitari debet quin fuerint ante Homerum poëtae; Bru 71. etsi (poëta) est eo laudabilior, quod virtutes oratoris persequitur, cum versu sit astrictior; orat 67. poëtam bonum neminem sine inflammatione animorum exsistere posse et sine quodam adflatu quasi furoris; de or II 194. qui (poëtae) cum magnam speciem doctrinae sapientiaeque prae se tulerunt, audiuntur, leguntur, ediscuntur et inhaerescunt penitus in mentibus; Tusc III 3. dedecere; quod si poëta fugit ut maximum vitium; orat 74. quos (poëtas) necessitas cogit et ipsi numeri ac modi sic verba versu includere, ut . .; de or III 184. inhaerescunt: ſ. ferunt. poëtas omnino quasi alia quadam lingua locutos non conor attingere; de or II 61. ut etiam Cordubae natis poëtis aures suas dederet; Arch 26. persequitur: ſ. est; orat 67. ut poëtae tragici prodiderunt; of III 97. qui (poëtae) res Romanas scribunt; imp Pomp 25. poëtae in magna varietate personarum, quid deceat, videbunt; of I 98. — 2. musici, qui erant quondam eidem poëtae; de or III 174. negat sine furore Democritus quemquam poëtam magnum esse posse; div I 80. exsisto: vgl. 1. exsistit. — 3. o poëtam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur; Tusc III 45. — II, 1. suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas; Arch 18. astringo: ſ. I, 1. est. attingo: ſ. I, 1. loquuntur. audio: ſ. I. 1. ferunt. cogo: ſ. I, 1. includunt. contemno: ſ. I, 3. edisco: ſ. I, 1. ferunt. recte a Platone (poëtae) eiciuntur ex ea civitate, quam finxit ille; Tusc II 27. lego: ſ. I, 1. ferunt. qui (poëtae) λυρικοὶ a Graecis nominantur; orat 183. — 2. dedo: ſ. I, 1. nascuntur. quibus (poëtis) est proxima cognatio cum oratoribus; de or III 27. quo minus honoris erat poëtis, eo minora studia fuerunt; Tusc I 3. — 3. studiose equidem utor nostris poëtis; Tusc II 26. — 4. in quibus (poëtis) nulla solida utilitas omnisque puerilis est delectatio; fin I 72. — III. 1. cum iam plena Graecia poëtarum et musicorum esset; rep II 18. — 2. rudem esse omnino in nostris poëtis aut inertissimae segnitiae est aut fastidii delicatissimi; fin I 5. — IV. ex omnibus iis minimam copiam poëtarum egregiorum exstitisse; de or I 11. num te ad fabulas revoco vel nostrorum vel Graecorum poëtarum? div I 40. quae (verba) sunt poëtarum licentiae liberiora quam nostrae; de or III 153. Platonis et Democriti locutionem potius poëma putandum quam comicorum poëtarum; orat 67. ut Homerus propter excellentiam communem poëtarum nomen efficit apud Graecos suum; Top 55. sit sanctum apud vos hoc poëtae nomen; Arch 19. qui sedulitatem mali poëtae duxerit aliquo praemio dignam; Arch 25. nullius agricolae cultu stirps tam diuturna quam poëtae versu seminari potest; leg I 1. etiamsi quorundam grandis et ornata vox est poëtarum; orat 68. — V. a qua (natura) non veri simile est extremum actum tamquam ab inerti poëta esse neglectum; Cato 5.

poëtica, Dichtkunſt: I, 1. serius poëticam nos accepimus; Tusc I 3. — 2. haec duo, vocis dico moderationem et verborum conclusionem, a poëtica ad eloquentiam traducenda duxerunt; de or III 174. — II. studium est animi adsidua occupatio, ut philosophiae, poëticae; inv I 36. ut poëticae versus inventus est terminatione aurium, observatione prudentium, sic . .; orat 178.

poëtice, dichteriſch: ut poëtice loquar || [ut p. l.] ||; fin V 9.

poëticus, dichteriſch: cursu corrigam tarditatem cum equis tum vero quadrigis poëticis; Q fr II 13 (15, a), 2. de rebus rusticis Nicandrum poëtica quadam facultate, non rustica scripsisse praeclare; de or I 69. conlocatio verborum perficitur in scribendo, non poëtico, sed quodam oratorio numero et modo; de or I 151. e poëticisne numeris (sit) an . .; orat 180. quadrigae: ſ. equi. raro habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem; de or III 153.

poëtria, Dichterin: haec tota fabella veteris et plurimarum fabularum poëtriae quam est sine argumento! Cael 64.

polio, glätten, bilden, verfeinern: Phalereus ille Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus; de or II 95. non tulit ullos haec civitas humanitate politiores P. Africano, C. Laelio; de or II 154. est (Pomponius Atticus) omni liberali doctrina politissimus; ep XIII 1, 5. vis aliquid isdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri; de or I 5. ut Apelles Veneris caput politissima arte perfecit; ep I 9, 15. Theodectes, politus scriptor atque artifex; orat 172. posteaquam columnae politae sunt; Q fr III 1, 1. »quas sideribus claris natura polivit formas«; fr H IV, a, 405. oratorem politum esse hominem; de or II 236. homini nec communium litterarum et politioris humanitatis experti; de or II 72. opus est huc limatulo et polito tuo iudicio; ep VII 33, 2. verbis ornata oratio et polita; de or I 31. si ignarus sit faciendae ac poliendae orationis; de or I 63. »rogum ascea ne polito«; leg II 59. scriptor: ſ. artifex. scripta sane et multa et polita; fin V 13.

polite, fein, geſchmackvoll: ut id polite eloqui non possit; Tusc I 6. quae limantur a me politius; Ac I 2. luculente scripserunt, etiamsi minus quam tu polite; Bru 76.

Politia, Staatsverfaſſung: quod Platonis Politian nuper apud me mures corroserunt; div II 59.

politicus, ſtaatswiſſenſchaftlich, politiſch: qui olim propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis politici philosophi appellati universarum rerum publicarum nomine vocabantur; de or III 109.

polleo, ſtark, mächtig, wirkſam ſein, vermögen: I. sapientia iubet pollere, regnare, dominari; rep III 24. — II. quantum in hac urbe polleat multorum oboedire tempori; Bru 242. — III. ad fidem faciendam iustitia plus pollet; of II 34. quam (laudem) plurimum pollere diximus; Bru 276. perorandi locum, ubi plurimum pollet oratio; Bru 190. quae sapientia appellatur, haec scientia pollet una; part or 76.

pollex, Daumen: I. Pollex praesto fuit, sed plane pollex, non index; A XIII 46, 1. — II. ut Aeginetis pollices praeciderentur; of III 46.

polliceor, verſprechen, verheißen, zuſagen: I. nihil cumulatius fieri potest, quam polliceris; ep XIII 18, 1. tametsi (Thermus) liberalissime erat pollicitus tuis omnibus; A V 13, 2. possitne nobis hoc ratio philosophorum dare. pollicetur certe; fin V 87. — II, 1. neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri; ep VII 5, 1. quoniam de aestate polliceris vel potius recipis; A XIII 1, 2. ſ. 3. — 2. est nobis ille hoc pollicitus ius civile in certa genera coacturum; de or II 142. — 3. pollicenti cuidam se artem ei memoriae traditurum; Ac II 2. de Alexandrina re causaque regia tantum habeo polliceri, me tibi satis facturum; ep I 5, a, 3. — III. exspectabo ea, quae polliceris; Bru 17. te statim procuratoribus suis pollicitum esse omnia, multo vero plura et maiora fecisse; ep XIII 28, a, 1. neque auxilium modo defensioni meae, verum etiam silentium pollicentur; Milo 3. ut tibi omnia mea officia, studia, curas, cogitationes pollicear; ep XI 5, 3. nos libertatem nostris militibus, leges, iura, iudicia, imperium orbis terrae, dignitatem, pacem, otium pollicemur; Phil VIII 10. me ei (regi) praesidium meum et fidem et diligentiam polliceri (debere); ep XV 2, 4. velle Siculos senatui polliceri frumentum in cellam gratis; Ver III 200. imperium, al.: ſ. dignitatem. officia, studia: ſ. cogitationes. praesidium: ſ. diligentiam. scientiam pollicentur; fin V 49. silentium: ſ. auxilium. — IV. Q. filius mihi pollicetur se Catonem; A XVI 1, 6.

polluo, beſudeln, verletzen, entweihen: qui perfidia legationis ipsius caerimoniam polluerit; Sex Rosc 113. cum omnia divina atque humana iura scelere nefario polluisset; Sex Rosc 65. ludos esse pollutos significastis; har resp 25. polluerat stupro sanctissimas religiones; Milo 87.

polus, Pol: »extremus adeo duplici de cardine vertex dicitur esse polus«; nat II 105.

polypus, Polyp: volo videre animum, qui mihi audeat apponere polypum miniati Iovis similem; ep IX 16, 8.

pomarium, Obſtgarten: res rusticae laetae sunt hortis etiam et pomariis; Cato 54.

pomerium, Stadtgrenze: I. quod (Ti. Gracchus) inauspicato pomerium transgressus esset; div I 33. — II. quid scire Etrusci haruspices de pomerii iure potuerunt? div II 75.

pompa, feierlicher Aufzug, Feſtzug, Prunk, Gepränge: I. accedit etiam molesta haec pompa lictorum meorum; ep II 16, 2. — II, 1. adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam; de or II 294. — 2. tu P. Clodii cruentum cadaver spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa canibus dilaniandum reliquisti; Milo 33. — III. (epidicticum genus) pompae quam pugnae aptius; orat 42. — IV, 1. haec ludorum atque pompae; nos autem iam in aciem dimicationemque veniamus; orat 42. — 2. hunc de pompa Quirini contubernalem; A XIII 28, 3. — V. eorum partim in pompa, partim in acie inlustres esse voluerunt; de or II 94. in pompa cum magna vis auri argentique ferretur; Tusc V 91.

pomum, Baumfrucht, Obſt: I. quasi poma ex arboribus, cruda si sunt, vix evelluntur ‖ avell. ‖, si matura et cocta, decidunt, sic . .; Cato 71. — II. evello: ſ. I. — III. tanta ubertas et varietas pomorum; nat II 158.

pondero, wägen, abwägen, erwägen, beurteilen: I. non quantum quisque prosit, sed quanti quisque sit, ponderandum est; Bru 257. — II. et in verbis et in actione causa erit ponderanda; part or 54. is (dilectus verborum) aurium quodam iudicio ponderandus est; de or III 150. non esse ex fortuna fidem ponderandam; part or 117. factis cuiusque fortunam ponderari; Piso 98. morte aut dolore corporis aut luctu animi aut offensione iudicii hominum miserias ponderamus; leg II 43. — III. si mea in te essent officia solum tanta, quanta magis a te ipso praedicari quam a me ponderari solent; ep II 6, 1.

ponderosus, gewichtig, ſchwer: puero da ponderosam aliquam epistulam; A II 11, 1.

pondo, Pfund: expensum est auri pondo centum; Flac 68. cum lucrari impune posset auri pondo decem; par 21.

pondus, Gewicht, Schwere, Schwerkraft, Bedeutung, Eindruck, Nachdruck, Anſehen: I. magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem iudicium et consilium tuum; ep XI 29, 1. est pondus apud rusticos in patris memoria; A IV 16, 6 (17, 2). illum motum naturalem omnium ponderum e regione inferiorem locum petentium; fin I 19. — II, 1. mihi dubitanti, quid me facere par sit, permagnum pondus adfert benivolentia erga illum; A IX 9, 2. adulescentes ut senum sibi pondus adsumant; rep I 67. in hoc diligenter examinante verborum pondera; orat 26. in eam (tellurem) feruntur omnia nutu suo pondera; rep VI 17. persona non, qualiscumque est, testimonii pondus habet; Top 73. cum sententiae nostrae magnum in senatu pondus haberent; ep I 9, 12. ceteris, qui pondus habeant, factum nostrum probari; A XI 6, 1. alterum haurire cotidie ex opulentissimis Syriae gazis innumerabile pondus auri; Sest 93. in libram ‖ libra ‖ ponderibus impositis; Ac II 38. — 2. tuae litterae de tua praesertim dignitate et de nostra coniunctione

maximi sunt apud me ponderis; ep II 19, 2. — 3. eius filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille; A X 1, 1. omnium sententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum; de or II 73. — III. accepi tuas (litteras) et magni quidem ponderis; A XIV 14, 1. motus: ſ. I. petunt. animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum; Tusc II 54. — IV. si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte pondere; nat I 69. ipsius individui hanc esse naturam, ut pondere et gravitate moveatur; fat 25. eam (rem) suo, non nominis pondere penditote; Ver IV 1.

pone, hinter, hinten: I. eorum ‖ eos ‖ (deorum) qui prope copulentur contrariaque regione et pone quos aut ante labantur; Tim 37. — II. et ante et pone; Tim 48.

pono, legen, ſetzen, ſtellen, hinlegen, aufſtellen, feſtſtellen, beſtimmen, behaupten, anrechnen, weihen, errichten, verwenden, zubringen, ablegen, niederlegen, pass. beruhen, part. gelegen (posiverunt: ſ. III. fines): I. de omni animi, ut ego posui, perturbatione, morbo, ut Graeci volunt, explicabo; Tusc III 13. — II, 1. ponere iubebam, de quo quis audire vellet; Tusc I 7. — 2. in te positum est, ut nostrae sollicitudinis finem quam primum facere possimus; A XVI 16, B, 8. — 3. etsi non fuit in oratorum numero, tamen pono satis in eo fuisse orationis; Bru 165. — III. hic et sese ipsum nobis et eos, qui ante fuerunt, in medio posuit; inv II 7. cum in eiusdem anni custodia te atque L. Murenam fortuna posuisset; Muren 64. hortuli ipsum (Platonem) videntur in conspectu meo ponere; fin V 2. cum in mentem venit, ponor ad scribendum; ep IX 15, 4. te apud eum (Caelium) quanta in gratia posui! A VI 6, 4. ut certum quiddam et breve exempli causa ponamus; inv I 66. id si est difficile nobis, sit tamen in re positum atque natura; de or I 94. omnia sunt posita ante oculos, conlocata in usu cotidiano; de or I 192. non id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali esse ponendum; de or II 199. tantam vim esse virtutis, ut omnia, si ex altera parte ponantur, ne appareant quidem; fin V 90. in quo omnia mea posita esse decrevi; ep II 6, 3. id te apud eos praeclare positurum confirmo; ep XIII 41, 2. plura ponuntur in spe, quam petimus; Q fr III 8, 1. omnia posita putamus in Planci tui liberalitate; A XVI 16, F, 18. ipsum Latine loqui est illud quidem in magna laude ponendum; Bru 140. quod negavit in ea (virtute) sola positum esse beate vivere; Ac I 33. ponendus est ille ambitus, non abiciendus; orat 199. mens et animus et consilium et sententia civitatis posita est in legibus; Cluent 146. ſ. cogitationem. sicut argumentum, simul atque positum est, adripitur; de or II 214. scriberem, quam id beneficium bene apud Mescinium positurus esses; ep XIII 26, 4. qui bonum omne in virtute ponit; fin II 88. ut in Capitolio ponerent (candelabrum); Ver IV 64. quod maximas centumvirales causas in iure positas protulisti; de or I 238. totum ut animum, curam cogitationemque tuam ponas in omnium laude undique conligenda; Q fr I 1, 41. consilium: ſ. animum. erat (Corinthus) posita in angustiis atque in faucibus Graeciae sic, ut . .; agr II 87. se coronam habuisse honoris Caesaris causa, posuisse luctus gratia; A XIV 19, 3. quod (cubicula) et ampla erant et loco posita; Q fr III 1, 2. curam: ſ. cogitationem. quem totum (diem) Galbam in consideranda causa componendaque posuisse; Bru 87. unum tecum diem libentius posuerim quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum vivo necessario; ep V 21, 1. quid est, quod plus valeat ad ponendum dolorem, quam cum est intellectum . .? Tusc III 66. qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam; orat 53. grandi vitio praeditum posuimus exemplum; inv I 88. si Stoici fines bonorum recte posiverunt; Tusc V 83. firmamenta ad fidem posita; part or 15. his fundamentis positis consulatus tui; Piso 9. quarum causarum genus est positum in iure civili; part or 100. ratione utentium duo genera ponunt, deorum unum, alterum hominum; of II 11. Hermathena tua posita ita belle est, ut . .; A I 1, 5. quos (homines) in eodem genere praedatorum pono; Catil II 20. animi magnitudo honestum illud in factis positum, non in gloria iudicat; of I 65. non *οἴχεται* industria tua, sed praeclare ponitur; A VI 1, 1. inlicitatorem potius ponam; ep VII 2, 1. eius vitae a me insidias apud me domi positas esse dixerunt; Sest 41. quod (ius) est in legibus publicis positum; Balb 27. cum posui librum; Tusc I 24. malitia mala bonis ponit ante; of III 71. mentem: ſ. animum. sunt rebus novis nova ponenda nomina; nat I 44. apud optimum virum quam bene positurus sis studium tuum atque officium; ep XIII 55, 2. centum et octo annis postquam Lycurgus leges scribere instituit, prima posita est Olympias; rep II 18. operam in Faberio ponamus; A XIII 27, 2. si in fundo pedem posuisses; Caecin 31. cum aut voluptatem aut vacuitatem doloris aut prima naturae in summis bonis ponerent; fin III 30. harum causarum principia suspiciosa ad acerbitatem ab accusatore ponentur; part or 121. mihi vos nunc quaestiunculam, de qua loquar, ponitis? de or I 102. dicendi omnis ratio in medio posita; de or I 12. erat tuae virtutis in minimis tuas res ponere; ep IV 9, 3. Romam in montibus positam contemnent; agr II 96. sententiam: ſ. animum. Libertatis signum posuisti; dom 131. ut in uno C. Mario spes imperii poneretur; imp Pomp 60. quae (statuae) Romae ponerentur; Ver II 145. stellae aureae Delphis positae deciderunt; div I 75. studium: ſ. officium. ut non arbitrer subsidium senectutis in eorum, qui consultum veniant, multitudine esse ponendum; de or I 255. omne illud tempus meridianum Crassum in acerrima cogitatione posuisse; de or III 17. ſ. diem. vacuitatem: ſ. prima. ne quod minus moderate positum verbum esse videatur; Font 28. virtus in usu sui tota posita est; rep I 2. quorum in alterius manu vita posita est; Quinct 6. in una virtute esse positam beatam vitam; Ac I 22. multa hic hodie vitia ponemus; de or III 46. voluptatem: ſ. prima. — IV. quod extremum posui; fin III 33. ut illud in curia positum monumentum scelerum videretur; Ver IV 139. virtutibus rectissime mihi videris vitia posuisse contraria; fin III 40.

pons, Brücke, Steg: 1. pontes etiam lex Maria fecit angustos; leg III 38. ut pontem interscindi iuberet; leg II 10. — 2. illi occulte ad pontem Mulvium pervenerunt; Catil III 5. cum venissem diluculo ad pontem Tirenum, qui est Menturnis; A XVI 13 (a) 1.

ponticulus, kleine Brücke, Steg: I. ab eo ponticulo, qui est ad Furinae, Satricum versus; Q fr III 1, 4. — II, 1. cum (Dionysius) eius fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset; Tusc V 59. — 2. ab: ſ. I.

pontifex, Prieſter, Oberprieſter: I, 1. non te pudet, cum apud pontifices res agatur, pontificem dicere et non conlegium pontificum adfuisse? dom 117. quos (urbis muros) vos, pontifices, sanctos esse dicitis; nat III 94. effert: ſ. mandat. religionis iudices pontifices fuisse, legis esse senatum; A IV 2, 4. ſ. II. adhibeo. ut pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt, cum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti; de or III 73. res omnes singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus efferebatque ‖ referebatque ‖ in album et proponebat tabulam domi; de or II 52. censorem simulacrum Concordiae dedicare pontifices

in templo inaugurato prohibuerunt; dom 137. proponit: ſ. mandat. si postem tenuerit pontifex; dom 123. volunt: ſ. faciunt. — 2. qui bis consul et pontifex maximus fuit; prov 20. — 3. ſ. 1. dicunt. II. obtestor. — II. adhibentur omnes pontifices, qui erant senatores; A IV 2, 4. qui (P. Scipio) his paucis diebus pontifex maximus factus est; Cato 50. instituo: ſ. I, 1. faciunt. quaeso obtestorque vos, pontifices; dom 147. — III. senatus consecratam iam aram tollendam ex auctoritate pontificum censuit; dom 137. conlegium: ſ. I, 1. adest. illud ex institutis pontificum et haruspicum non mutandum est; leg II 29. domum meam iudicio pontificum religione liberatam videri; har resp 13. plurima est in pontificum libris antiquitatis effigies; de or I 193. quam simpuvia ‖ simpula, al. ‖ pontificum dis immortalibus grata sint; rep VI 2. — IV. religionis explanatio vel ab uno pontifice perito recte fieri potest; har resp 13. cum domum eius per pontificem aliquem dedicasses; dom 122.

pontificalis, oberprieſterlich: pontificalis maneret auctoritas; leg II 52. eum morem ius pontificale confirmat; leg II 57.

pontificatus, Oberprieſtertum: I. quod illum in pontificatus petitione meminerat fuisse patricium; Scaur 34. — II. qui statas sollemnesque caerimonias pontificatu contineri putaverunt; har resp 18.

pontificius, oberprieſterlich: A. fore testem senatorem, qui se pontificiis comitiis pulsatum a Caelio diceret; Cael 19. (ius) pontificium nemo discit; de or III 136. cum ex eo (Servio) ius nostrum pontificium, qua ex parte cum iure civili coniunctum esset, vellem cognoscere; Bru 156. provocationem etiam a regibus fuisse declarant pontificii libri; rep II 54. — B. nominum non magnus numerus ne in pontificiis quidem nostris; nat I 84.

pontus, Meer: I. »cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti«; div I 14. »hoc motu radiantis etesiae in vada ponti«; orat 152. — II. citius is in Euxino ponto Argonautarum navim gubernarit; de or I 174.

popa, Opferdiener: etiam fuit audiendus popa Licinius nescio qui; Milo 65.

popina, Garküche, Speiſen aus der Garküche: I. huius in sedibus pro conclavibus popinae sunt; Phil II 69. — II, 1. cum isto ore foetido taeterrimam nobis popinam inhalasses; Piso 13. si illae epulae potius quam popinae nominandae sunt; Phil III 20. — 2. tu, ex tenebricosa popina consul extractus; Piso 18.

poples, Kniekehle: tuus deus abundat poplitibus, manibus; nat I 99.

popularis, landsmänniſch, einheimiſch, volkstümlich, gemeinverſtändlich, beim Volke beliebt, volksfreundlich, Landsmann, Gefährte, Volksmann: A. qui ea, quae faciebant quaeque dicebant, multitudini iucunda volebant esse, populares habebantur; Sest 96. facti iam in re salutari populares sumus; ep XII 4, 1. populare nunc nihil tam est quam odium popularium; A II 20, 4. quae (rhetorum artes) sunt totae forenses atque populares; fin III 4. Sulpicium longius, quam voluit, popularis aura provexit; har resp 43. futtilis ‖ facilis, al. ‖ est illa occursatio et blanditia popularis; Planc 29. quid intersit inter popularem, id est adsentatorem et levem civem, et inter constantem, severum ‖ et severum, al. ‖ et gravem; Lael 95. popularem esse clementiam; A X 4, 8. popularem me futurum esse consulem; agr II 6. huic facinori tanto tua domus popularis ministra esse non debuit; Cael 52. illa temeraria et plerumque peccatorum laudatrix, fama popularis; Tusc III 4. Sp. Thorius satis valuit in populari genere dicendi; Bru 136. nec gloriam popularem ipsam per sese expetendam; Tusc V 104. quod ille (Pericles) contra populares homines diceret; de or III 138. homo non liberalitate, sed ipsa tristitia et severitate popularis; Bru 97. neque erant illae lacrimae populares magis quam nostrae; Ver I 153. cum sint populares multi variique lapsus; de or II 339. qui leges populares de provocationibus tulerint; Ac II 13. num popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit? Tusc V 103. qui ita se in populari ratione iactarat; Sest 114. ad vulgarem popularemque sensum accommodata genera huius forensis dictionis; de or I 108. oratio nec sententiis nec verbis instructa popularibus; orat 64. ut summa severitas animadversionis non modo non invidiosa, sed etiam popularis esset; ep IX 14, 7. quae (insidiae) ipsi populo Romano a popularibus tribunis plebis fiant; agr I 25. verba: ſ. sententiae. volebam uti populari vita; A IX 6, 7. — B, I. ex te quaero, ecquis istorum popularium tuos ludos aspexerit; Sest 116. — II, 1. cum (animus) sese non popularem alicuius definiti loci, sed civem totius mundi agnoverit; leg I 61. — 2. hoc Anaximandro, populari et sodali suo, non persuasit; Ac II 118. — Solonis, popularis tui, legem neglegam; A X 1, 2. odium: ſ. A. alqd.

populariter, volkstümlich, gemeinverſtändlich, volksfreundlich, aufrühreriſch: me populariter agere; Ver I 151. praeter contiones populariter concitatas; Cluent 93. contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit; Bru 164. homines populariter annum tantum modo solis reditu metiuntur; rep VI 24. unum (genus librorum) populariter scriptum, quod ἐξωτερικόν appellabant, alterum limatius; fin V 12.

populor, verwüſten, plündern: qui (Siculi) nunc populati atque vexati cuncti ad me publice saepe venerunt, ut . .; div Caec 2. qui noctu populabatur agros; of I 33. populatae, vexatae, funditus eversae provinciae solacium exitii quaerunt; div Caec 7.

populus, Volk, Gemeinde, Staat, Völkerſchaft, Volkspartei, Demokratie: I. **abſolut**: 1. ut plusculum sibi iuris populus asciscere liberatus a regibus; rep II 57. quod (foedus) populus Romanus sententiis suis comprobat; Balb 35. mortuo rege Pompilio Tullum Hostilium populus regem interrege rogante comitiis curiatis creavit; rep II 31. populus Romanus consuli Crasso bellum gerendum dedit; Phil XI 18. omnes honores populus Romanus mihi ipsi detulit; Piso 2. videtis populum ipsum iam non esse popularem; Sest 114. nolo eundem populum imperatorem et portitorem esse terrarum; rep IV 7. me cum quaestorem in primis, aedilem priorem, praetorem primum cunctis suffragiis populus Romanus faciebat; Piso 2. de quo foedere populus Romanus sententiam non tulit; Balb 34. a nobis multos obsides habet populus Romanus; div Caec 72. quamquam populus curiatis eum comitiis regem esse iusserat; rep II 25. populus Romanus iudicabit de eo homine; Ver V 178. quod populus sacerdotia mandare non poterat; agr II 18. si populus plurimum potest, dicitur illa libertas, est vero licentia; rep III 23. quem liberi populi, quem stipendiarii omni cruciatu dignissimum putent; Piso 98. sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus plebesve sanxit; Balb 33. ut aequo animo populus Romanus visurus sit nostri honoris insignia; Phil VIII 33. ut populus Romanus suam maiestatem esse salvam velit; Balb 37. — 2. populum Romanum esse putas illum? dom 89. cum nec (esset) consensus ac societas coetus, quod est populus; rep III 43. — 3. o nationes, urbes, populi testes Cn. Pompei religionis in pace! Balb 13.

II. **nach Verben**: 1. appellavi populum tributim; Planc 24. qui nulla iam largitione populum Romanum concitare possunt; Sest 104. cum ille servorum eludentium multitudini populum Romanum vinctum

Ff. I, 85. 2, 78

ipso consessu et constrictum spectaculis atque impeditum turba et angustiis tradidisset; har resp 22. Tarquinio sepulto populum de se ipse consuluit; rep II 38. ut fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant; Balb 21. quem tu populum nisi tabernis clausis frequentare non poteras, cui populo duces Lentidios, Sergios praefeceras; dom 89. impedio: ſ. constringo. libero: ſ. I. 1. asciscit. qui (rex) exercitu populi Romani populum ipsum Romanum oppressisset; of III 84. tum vero isto bello non recreatus neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Romanus est; Sex Rosc 137. ut lege eadem is populus teneretur; Balb 20. trado: ſ. constringo. quae (virtus) etiam populos universos tueri eisque optime consulere soleat; Lael 50. vincio ſ. constringo. — 2. regnum illud populi Romani esse factum; agr I 1. populi grati est praemiis adficere bene meritos de re publica cives; Milo 82. quaestor navem populi vocat; inv II 98. — 3. neque se populo solum, sed etiam senatui commisit; Milo 61. consulo: ſ. 1. tueor. in quo populo potestas honeste bonis gratificandi datur; leg III 39. nullus (est) rex, qui bellum populo Romano facere possit; Catil II 11. si senatui, si populo Romano non licebit propositis praemiis elicere ex civitatibus sociorum atque amicorum fortissimum atque optimum quemque ad subeunda pro salute nostra pericula; Balb 22. si qui agros populo Romano pollicentur; agr II 10. praeficio: ſ. 1. frequento. ut magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus; leg III 2. illud, quod populo non probatur, ne intellegenti quidem auditori probari potest; Bru 199. probatum illum esse populo Romano; Phil I 37. quae (legio) praesidio consulibus, senatui populoque Romano reique publicae esset; Phil V 52. Q. Metellum Pium populo Romano supplicasse; Planc 69. — 4. cum adiutore populo, quo utebamur antea, nunc minime nos uti posse videamus; Tusc II 4 (3). — 5. iudicabit Alexandriam regis esse, a populo Romano abiudicabit; agr II 43. quod a populo Romano accepisset; Ver III 171. apud populum haec et per populum agi convenire; inv II 134. Iove fulgente cum populo agi nefas esse; Vatin 20. nihil omnino umquam de isto foedere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico; Balb 33. videmus universi repente examina tanta servorum immissa in populum Romanum saeptum atque inclusum; har resp 25. omnes potestates, imperia, curationes ab universo populo Romano proficisci convenit; agr II 17. ut et potestatis satis in magistratibus et auctoritatis in principum consilio et libertatis in populo sit; rep II 57.

III. **nach Adjectiven:** 1. populi Romani est propria libertas; Phil VI 19. — 2. obicitur contra istorum impetus Macedonia, fidelis et amica populo Romano provincia; Font 44. optimorum civium salutem populo Romano caram esse universo; Sest 125. grata erat (lex) populo; Sest 103. qui pro me patres conscriptos populo supplices esse vetarent; dom 113. — 3. qui hoc dignum populo Romano arbitraretur; Ver II 86. — 4. hoc triplex rerum publicarum genus videtur mihi commune nobis cum illis populis fuisse; rep II 42.

IV. **nach Substantiven:** 1. (Deiotarus) fidem secutus amicitiamque populi Romani; div II 78. a praetore populi Romani eiectum socium populi Romani atque amicum; Ver IV 68. omnes, in Gallia qui sunt socii populi Romani atque amici; Font 32. populi Romani auctoritatem improbari; imp Pomp 63. qui beneficio populi Romani fasces et secures haberet; Ver V 163. nec in hac dissensione suscepi populi causam, sed bonorum; rep IV 8. praefuisse classi populi Romani Siculum; Ver V 131. qui ante sequi populi consensum solebant; Phil I 37. cui (classi) consul populi Romani praepositus esset; imp Pomp 33. dignitas populi Romani violabatur; agr I 2. omitto epulum populi Romani; Vatin 31. error et temeritas populorum (rem) a multitudine ad paucos transtulit; rep I 52. quae est spes, qui imperatorem populi Romani exercitumque oppugnant, iis pacem cum populo Romano esse posse? Phil VII 22. ſ. II, 1. opprimo. cum virgo Vestalis populi Romani fidem imploret; Font 46. ſ. amicitia. qui sanguinem pro vita, libertate, fortunis populi Romani profudissent; Phil XIV 38. est fragilis ea fortuna populi; rep II 50. honoribus populi Romani mihi tributis; har resp 61. populi Romani hostis privati hominis custodiis adservabitur? Ver V 77. imperator: ſ. exercitus. qua fines imperii populi Romani sunt; Milo 98. Servius Tullius primus iniussu populi regnavisse traditur; rep II 37. si universi populi iudicium verum et incorruptum expressero; Sest 119. iure alter (consul) populi iudicio damnatus est; div II 71. quod (ius) ipsi pontifices semper ad populi iussa accommodaverunt; dom 136. qui legatum populi Romani omni supplicio excruciatum necavit; imp Pomp 11. quod C. Caesar milites veteranos ad libertatem populi Romani cohortatus sit; Phil V 46. ſ. fortuna. in nostris libris vides eum (dictatorem) magistrum populi appellari; rep I 63. ut maiestatem populi Romani communiter conservent; Balb 37. quae (macula) nimis inveteravit in populi Romani nomine; imp Pomp 7. cum per populum agi dicuntur et esse in populi potestate omnia; rep III 45. praetor: ſ. amicus. ut saluti populi Romani provideret; Phil VIII 1. cum loquar apud senatores populi Romani; Ver V 171. socius: ſ. amicus. lex popularis suffragiis populi repudiata est; Lael 96. equitum magno numero ex omni populi summa separato; rep II 39. temeritas: ſ. error. admovent manus vectigalibus populi Romani; agr I 11. vita: ſ. fortuna. ut ipsi inimici nostri voluntatem universi populi viderent; Sest 124. — 2. ut is hoc iudicio probatus cum populo Romano et in laude et in gratia esse possit; Ver pr 51. pax cum: ſ. 1. exercitus. qui soli in populos perpetuam potestatem haberent; rep II 49. non provocatione ad populum contra necem et verbera relicta; rep II 62.

V. **Umſtand:** 1. Puteolos novo populo atque adventiciis copiis occupabunt; agr II 86. — 2. qui (praetores) apud illos a populo creantur; Flac 44. benigne sibi a populo Romano esse factum; Deiot 36. quaecumque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secutam; leg III 31. quae ne per populum quidem sine seditione se adsequi arbitrabantur; ep I 7, 10. ſ. II, 5. ago apud. IV, 1. potestas.

populus, Pappel: nos inter has procerissimas populos in viridi ripa inambulantes; leg I 15.

porca, Schwein, Sau: quae in porca contracta iura sint; leg II 55.

porcus, Schwein: I, 1. nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam iusta facta et porcus caesus est ‖ sit ‖; leg II 57. in eo foedere quidam adulescens nobilis porcum ‖ porcam ‖ sustinuit iussu imperatoris; inv II 91. eum, qui porcum ‖ porcam ‖ tenuerit, dedi oportere; inv II 91. — 2. boni domini villa abundat porco, haedo; Cato 56. — II. porco femina piaculum † pati ‖ faciundum ‖; leg II 57.

porrectio, Ausſtrecken: digitorum contractio facilis facilisque porrectio nullo in motu laborat; nat II 150.

porricio, hinlegen, opfern: ne quid inter caesa et porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur aut temporis; A V 18, 1.

porrigo (porgo), ausſtrecken, darreichen, darbieten, gewähren: »hic (Centaurus) dextram porgens«; nat II 114. qui mihi primus adflicto et iacenti consularem fidem dextramque porrexit; sen 24. detracta utilitate ne digitum quidem eius (bonae famae) causa porrigendum esse dicebant; fin III 57. fidem

ſ. dextram. praesidium clientibus atque opem amicis et prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui porrigentem atque tendentem; de or I 184. hucine an illuc manum porrexerit; orat 27. opem, praesidium: ſ. lucem.

porro, ferner, ſodann, nun aber, andrerſeits: I. est porro quiddam ex horum partibus iunctum, quod . .; inv II 157, non est porro tuum uno sensu solum oculorum moveri, cum . .; ep IV 9, 1. — II, 1. quid est tam admirabile . .? quid tam porro regium? de or I 32. — 2. quid sit porro ipse animus, magna dissensio est; Tusc I 18. — III. quam turpe porro legiones ad senatum legatos mittere! Phil VII 14. — IV. sed perge porro; de or II 39. age porro, Iovem et Neptunum deum numeras; nat III 43.

porta, Tor, Eingang: I. quasi vero ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali, quae porta Macedonicis semper consulibus ante te patuit; Piso 56. — II, 1. cum lex aperiri portas noctu vetaret; inv II 123. cum L. Flacco consuli portas tota Asia claudebat; Flac 61. qui urbis portas occuparent; Phil XIV 15. — 2. qui (Socrates), cum xxx tyranni essent, pedem porta non extulit; A VIII 2, 4. — 3. reliqua ad easdem portas iecoris confluunt, ad quas omnes eius viae pertinent; nat II 137. Hannibal erat ad portas; Phil I 11. est ad portas Agragentinas ‖ Aragianas, al. ‖ magna frequentia sepulcrorum; Tusc V 65. — III, 1. introire: ſ. I. — 2. petasati veniunt, comites ad portam exspectare dicunt; ep XV 17, 1.

portendo, zeigen, ankündigen, prophezeien: I. quia ostendunt, portendunt, monstrant, praedicunt ‖ prodicunt ‖, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur; div I 93. — II. ex triplici appetitione solis triginta annos Cyrum regnaturum esse portendi; div I 46. — III. hominibus ea ostendi, monstrari, portendi, praedici; ex quo illa „ostenta, monstra, portenta, prodigia“ dicuntur; nat II 7. cum magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur; Ver IV 108. ex quo periculum portenditur; har resp 26. quae (signa) a dis hominibus portendantur; div II 130.

portentosus, unnatürlich: A. tu, portentosa pestis; dom 72. — B. si quando aliqua portentosa nata dicuntur; div II 60.

portentum, Vorzeichen, Wunderzeichen, Wunder, Ungeheuer, Scheuſal, Abenteuerlichkeit: I, 1. quos optimos viros interemit propudium illud et portentum, L. Antonius; Phil XIV 8. — 2. monstra quaedam ista et portenta sunt [prodigia] rei publicae; Phil XIII 49. quod clipeos Lanuvii mures rosissent, maximum id portentum haruspices esse dixerunt; div II 59. — II. quae quondam credebantur apud inferos portenta; nat II 5. dico: ſ. **portendo.** Gabinium et Pisonem, duo rei publicae portenta, verborum gravitate esse notandos putavit; prov 2. — III. cui portenti simile esse visum est posse aliquem inveniri oratorem, qui . .; de or II 298. — IV. huic (Dionysii matri) interpretes portentorum, qui Galeotae tum in Sicilia nominabantur, responderunt eum clarissimum fore; div I 39. — V. sive prodigiis atque portentis di immortales nobis futura praedicunt; Phil IV 10. quae portentis, quae astris praesentiuntur; div I 109.

porticula, kleine Halle: exhedria quaedam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani; ep VII 23, 3.

porticus, Säulengang, Halle: I. porticus haec ipsa, ubi nunc ambulamus, disputationum memoriam (commovet); de or II 20. in qua (urbe) pulcherrimae porticus (sunt); Ver IV 119. quod summam dignitatem pavimentata porticus habebat; Q fr III, 1, 1. quae (porticus) Palatio responderet; har resp 49. — II, 1. in qua (domo) porticum Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit; dom 102. qui (Chrysippus) fulcire putatur porticum Stoicorum; Ac II 75. cum consules ex senatus consulto porticum Catuli restituendam locassent; A IV 2, 3. — 2. ut in porticu Pompei potius quam in campo ambulemus; fat 8. — III. I. (saepta) cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur; A IV 17, 7 (16, 14). — 2. quod in porticu Minucia fecit; Phil II 84.

portio, Anteil, Verhältnis: oportet causis principia pro portione rerum praeponere; de or II 320.

portitor, Zolleinnehmer: I. nolo eundem populum imperatorem et portitorem esse terrarum; rep IV 7. — II. hos decemviros portitores omnibus omnium pecuniis constitui; agr II 61. — III. qui (cives) de non nullis iniuriis portitorum querebantur; Q fr I 1, 33. qui (quaestus) in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut faeneratorum; of I 150.

porto, fortſchaffen, bringen, tragen, fahren: I. instituerunt in difficillima ad portandum loca frumentum imperare; Ver III 190. — omnia mecum porto mea; par 8. aurum paleamne (navis) portet; fin IV 76. Romae domum ad Antonium frumentum omne portari; A XIV 3, 1. cum hominem portaret ad Baias Neapoli octaphoro Asiciano; Q fr II 8 (10), 2. inter quos (lictores) aperta lectica mima portabatur; Phil II 58. paleam: ſ. aurum. ad hostem scilicet portari (viaticum); ep XII 3, 2.

portorium, Zoll, Abgabe: I, 1. si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermocreonti quidem turpe est conducere; inv I 47. — portoriis Italiae sublatis; A II 16, 1. ſ. 2. queror de. — 2. qui (cives) nuper in portoriis Italiae tollendis non tam de portorio quam de non nullis iniuriis portitorum querebantur; Q fr I 1, 33. — II. Tiburium Tolosae quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse; Font 19. — III. illud, quod scribis ‖ scribit ‖, animadvertas velim de portorio circumvectionis; A II 16, 4.

portuosus, reich an Häfen: in superum mare Graecum quoddam et portuosum; de or III 69. navigationis minime portuosae periculum; ep VI 20, 1.

portus, Hafen, Zuflucht: I, 1. qui (portus) cum diversos inter se aditus habeant; Ver IV 117. portum Syracusanorum Cilicum myoparoni praedonibusque patuisse; Ver IV 116. — 2. regum, populorum, nationum portus erat et refugium senatus; of II 26. quoniam (A. Caecina) tutissimum sibi portum provinciam istam duxit esse; ep XIII 66, 2. — II, 1. ignoratis portum Caietae a praedonibus esse direptum? imp Pomp 33. portus habet (urbs) prope in aedificatione aspectuque urbis inclusos; Ver IV 117. portum potius paratum nobis et perfugium putemus; Tusc I 118. etiamsi portum tenere non queas; ep I 9, 21. — 2. nos oris Italiae maritimis ac portubus nostris carebamus; imp Pomp 55. — 3. vis ventorum invitis nautis in Rhodiorum portum navem coëgit; inv II 98. nisi me in philosophiae portum contulissem; ep VII 30, 2. quo tempore aetas nostra tamquam in portum confugere deberet non inertiae neque desidiae, sed otii moderati atque honesti; Bru 8. in eundem portum, ex quo eramus egressi, magna iactati tempestate confugimus; Tusc V 5. qui in maximis fluctibus rei publicae navem gubernassem salvamque in portu conlocassem; Piso 20. rostrata navis in portu deprehensa est; inv II 98. nos quasi e portu egredientes paululum remigare; Tusc IV 9. ſ. confugio in. quas (familias habent) in portubus atque custodiis; imp Pomp 16. quam multi votis in portum salvi pervenerint; nat III 89. nomen productum, ut Portunus a portu, sic . .; nat II 66. nostra classis erat in portu Pachyni; Ver V 87. — III. quod est litus propter ipsum introitum atque ostium portus; Ver V 80.

per magistros scripturae et portus; A V 15, 3. ostium: ſ. introitus. — IV. in hoc portu Atheniensium nobilitatis naufragium factum existimatur; Ver V 98.

posco, ſich ausbitten, verlangen, fordern, vor Gericht fordern: I. poscunt maioribus poculis; Ver I 66. ut ipsius dignitas poscit; Quinct 28. — II. accusant ii, quos populus poscit; Sex Rosc 13. quorum poscebatur argentum; Ver IV 31. alterum et tertium (argumentum) poscitur; de or II 214. si sibi pecuniam, quantam poposcerat, non dedisset; Milo 75. quam (tribuniciam potestatem populus Romanus) cum poscebat, verbo illam poscere videbatur, re vera iudicia poscebat; Ver pr 44. Crassum pulvinos poposcisse; de or I 29. primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quaestionem, id est iubere dicere, qua de re quis vellet audire; fin II 1. — III. quos nunc populus iudices poscit; Ver II 174. — IV. Milesios navem poposcit; Ver I 86. C. Iulius hominem nobilem, L. Sestium, vades poposcit; rep II 61.

posmeridianus ſ. **postm.**

possessio, Beſitz, Beſitztum, Gut, Grundſtück, Beſitzergreifung: I. nostra est omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam abundantes otio involaverunt; de or III 122. amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio; Lael 55. — II, 1. quoniam nulla possessio pluris quam virtus aestimanda est; par 48. non ut iure aut iudicio, vi denique recuperare amissam possessionem, sed ut [iure civili] surculo defringendo usurpare videantur; de or III 110. a me Sullanas possessiones defendi; agr III 10. ut secundum servorum tabulas possessio videatur ex edicto dari; Top 18. is (C. Curtius) habet in Volaterrano possessionem; ep XIII 5, 2. voluptarias possessiones nolet Silius; A XII 25, 1. possessiones notabat et urbanas et rusticas; Phil V 20. recupero: ſ. amitto. retinete istam possessionem gratiae; agr II 71. si me audies, has paternas possessiones tenebis; ep VII 20, 1. vendit Italiae possessiones ex ordine omnes; agr I 4 usurpo: ſ. amitto. — 2. neque solum spe, sed certa re iam et possessione deturbatus est meo iustissimo convicio; ep XII 25, 2. cum locupletes possessionibus diuturnis moverentur; Sest 103. — 3 me in possessionem iudicii ac defensionis meae constitisse; de or II 200. qui Appium fratrem absentem de possessione fundi deiecit; Milo 75. quoniam de nostra possessione depulsi in parvo praediolo relicti sumus; de or III 108. non de hereditatum possessionibus (esse aliter edicendum); Ver I 118. dicebat iste in possessionem se ire iussurum; Ver I 125. quod in alienas possessiones tam temere inruisses; de or I 41. iste in possessionem bonorum mulieris intrat; div Caec 56. involo in: ſ. I. est. Sex. Naevium diebus compluribus ante in possessionem misisse, quam postularet, uti ei liceret bona possidere; Quinct 88. sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est; ep X 27, 1. in possessione bonorum cum esset; Caecin 19. quod tum erat res in pecore et locorum possessionibus; rep II 16. me vi conari in possessionem venire; A IV 2, 3. — III, 1. cuius praetura urbana fuit possessionum contra omnium instituta addictio et condonatio; Ver pr 12. quae diligentissime descripta a maioribus iura finium, possessionum, aquarum itinerumque sunt; Caecin 74. — 2. de quorum urbis possessione inter deos certamen fuisse proditum est; Flac 62.

possessiuncula, kleine Beſitzung: mihi maiori offensioni esse quam delectationi possessiunculas meas; A XIII 23, 3.

possessor, Beſitzer, Grundbeſitzer: I, 1. iste homo acerrimus, bonorum possessor, nihil petit; Quinct 30. — 2. Memmius, „vide“, inquit, „Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor“; de or II 283. — II, 1. locupletatis aut invidiae aut pestilentiae possessoribus; agr I 15. — 2. ut agros a Sullanis possessoribus emptos, quanti velletis, populo Romano induceretis; agr II 98.

possideo, beſitzen, im Beſitz haben, inne haben: I. in quo constitit Naevium ex edicto non possedisse; Quinct 89. dubium est, quin, si Caesennia tum possidebat, cum erat colonus in fundo, post eius mortem heres eodem iure possederit? Caecin 94. — II. qui (philosophi) omnia sicut propria sua esse atque a se possideri volunt; de or I 217. neque (sit boni oratoris) ea ut sua possedisse, sed ut aliena libasse; de or I 218. qui agros publicos possident; agr II 68. ex edicto praetoris bona P. Quinctii possideri nullo modo potuisse; Quinct 60. tres nobilissimos fundos eum video possidere; Sex Rosc 99. qui ullam agri glebam possiderent; Ver III 28. unum globum possidet illa (stella), quam in terris Saturniam nominant; rep VI 17. Ligus hereditatem adiit; possedit Sacerdote praetore sine ulla controversia; Ver I 125. magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis; Sex Rosc 66. qui (sapiens) vere omnia ista nomina possideat; fin III 75. alterum tria huiusce praedia possidere audio; Sex Rosc 17. religionem, vim: ſ. necessitatem.

possido, in Beſitz nehmen, Beſitz ergreifen, ſich bemächtigen: agrum multis annis aut etiam saeculis ante possessum; of II 79. quod bona sine testamento possederat; de or II 283. uti ei liceret bona possidere; Quinct 88. non est ausus meam domum possidere; dom 107. medium optimates possederunt locum; rep I 52. mitto, quod (praedia) possessa per vim; Flac 79. regno possesso; Muren 34.

possum, können, möglich ſein, vermögen, im ſtande ſein, ausrichten, bewirken (possiet: ſ. II tornare. potesse: ſ. II. cognoscere. vgl. **potis**): I, 1. cuperem equidem utrumque, si posset; Tusc I 23. dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia. retinebimus; ep I 2, 4. sin nec continuo poterit; ep V 19, 2. ut, si ullo modo poterit, ne tu quidem (dolorem sentias); A XII 23, 1. ne doleam? qui potest? A XII 40, 2. — 2. etiam temperantiam inducunt non facillime illi quidem, sed tamen quoquo modo possunt; of III 118. ut, quibuscumque rebus poteris ⟨poteris autem plurimis⟩, prospicias et consulas rationibus meis; ep III, 2, 1. quam potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi; ep XV 4, 7. quid faciemus, si aliter non possumus? A II 1, 8. iam Scrofa vellem haberet, ubi posset; A VI 1, 13. quoniam id non posset; Cluent 154. poterat utrumque praeclare; ep I 7, 7. Pisonis amor tantus est, ut nihil supra possit; ep XIV 1, 4. non possunt omnia simul; A XIV 15, 2 (3). gallinae avesque reliquae eos (nidos) quam possunt mollissime substernunt; nat II 129. frequentissimus senatus dignitatem meam, quibus potuit, verbis amplissimis ornavit; Quir 15. — II. cui ne ista quidem ipsa calamitas iniuria potuit accidere; dom 126. ut nihil possint ex iis (litteris) ad communem adferre fructum; Arch 12. qui (lictores) mihi incolumi adimi non possunt; A XI 6, 2. coram me tecum agere posse; ep III 5, 4. cum ante illud facete dictum emissum haerere debeat, quam cogitari potuisse videatur; de or II 219. »vetera se cognoscere signa potesse«; fr H IV, a, 347. (hic) profecto non potest eodem facto et communibus fortunis consuluisse et legibus non obtemperasse; inv I 69. se convinci non posse; inv II 101. esse; cui dare litteras possem; A I 5, 3. ita fit, ut Demosthenes certe possit summisse dicere, elate Lysias fortasse non possit; opt gen 10. dissimulare non potero mihi, quae adhuc acta sint, displicere; A

VIII 1, 4. hoc non posse in delectatione esse diuturna; de or III 100. omni in re posse, quod deceat, facere artis et naturae est; de or III 212. si eam (provinciam), quod eius facere potueris, quam expeditissimam mihi tradideris; ep III 2, 2. ut, quod eius fieri possit, praesentiae tuae desiderium meo labore minuatur; ep V 8, 5. tu velim ne intermittas, quod eius facere poteris, scribere ad me; A XI 12, 4. quibus (rebus) levari possent molestiae tuae; ep IV 3, 3. tota res Brundisina quo modo habeat se, diutius nescire non possum; A IX 3, 2. obtemperare: ſ. consulere. illud ipsum qui obtineri potest? fin II 107. te illa potuisse perdiscere; de or III 82. posse id populo nostro probari; leg I 12. si Appium Claudium res publica tenere potuisset; Phil XIII 29. »ut nemo tam tornare cate cortortos possiet orbes«; fr H IV, a, 550. — III. hoc amplius si quid poteris; de or I 44. res tantum potest in dicendo, ut ad vincendum nulla plus possit; de or II 180. vis illa summi imperii tantum potuit apud perpaucos homines, non civitates, ut . .; Ver II 14. qui exercitu, qui armis, qui opibus plurimum poterant; Planc 86. ne memoria maneat domestici doloris, quae plus apud eum possit quam salus civitatis; Phil V 51. ego debeo profecto, quantumcumque possum, in eo quoque elaborare, ut . .; fin I 10. cum (Dionysius) omnia se posse censebat; Tusc V 57. non modo, quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem cogimur; Cato 34. cum hac exceptione, quantum valeam quantumque possim; ep VI 5, 1. cura, quod potes, ut valeas; ep XIV 4, 6. cum ego ne curem quidem multum posse, res publica certe nihil possit, unus ille omnia possit; Q fr III 4, 2. multum posse ad salutem alterius honori multis, parum potuisse ad exitium probro nemini umquam fuit; fr A III 5. alterum nihil posse unum contra multos; fr A VII 47. ego voluntatem tibi profecto emetiar, sed rem ipsam nondum posse videor; Bru 16.

post, hinter, hinten, nach, nachher, ſeit (nachgeſtellt: ſ. A, II, 2: Tusc II 15), postquam, nachdem: A. **Präpoſition:** I. cum Mamertini crucem fixissent post urbem in via Pompeia; Ver V 169. quod est litus in Insula Syracusis post Arethusae fontem; Ver V 80. — II, 1. ille rex post Alexandrum maximus; Ac II 3. — 2. qui post se rogati essent; Phil XI 15. hunc (Epicurum) post Rhodius Hieronymus dolore vacare summum bonum dixit; Tusc II 15. post omnia perorationem concludere; orat 122. — 3. hi tres post civitatem a L. Bruto liberatam plus potuerunt quam universa res publica; Phil V 17. cum post condiciones pacis adlatas cavi, ne . .; A VIII 12, 2. post diem tertium gesta res est, quam dixerat; Milo 44. quibus Apollo se id daturum ostendit post eius diei diem tertium; Tusc I 114. cum paucis annis post hanc civitatis donationem acerrima quaestio venisset; Balb 48. homini post homines natos turpissimo; dom 23. post h. VIII in balneum; A XIII 52, 1. ut numquam post Kalendas Ianuarias idem senseris; Phil X 3. bellum post hominum memoriam crudelissimum; Catil II 28. ego eodem die post meridiem Vatinium eram defensurus; Q fr II 15 (16), 3. sermonem habitum paucis diebus post mortem Africani; Lael 3. numquam post populi Romani nomen ab Siculis auditum et cognitum Agyrinenses dixisse . .; Ver III 74. quem locum apud ipsum Caesarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? Phil II 71. me unum post urbem conditam diligentissime senatui paruisse; dom 50.

B. **Adverb:** I. post Lepus subsequitur; nat II 114. caedere incipiunt eius servos, qui post erant; Milo 29. — II, 1, a. in senatu post ea causa non agitur; Ver II 97. homines tibi arma alii in me, alii post in illum invictum civem dederunt; har resp 38. post e provincia litteras ad conlegium misit; nat II 11. sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum; of I 54. cum fidem ac religionem tuam iam alteri addictam habueris, post eandem adversario tradideris; Ver II 78. quod quantae fuerit utilitati, post videro; rep II 16. — b. (caritas) serpit foras, cognationibus primum, tum adfinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus, tum civibus, deinde . .; fin V 65. quo consilio redierim, initio audistis, post estis experti; Phil X 8. ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo (Trebatium) mittendum duxerim; ep VII 5, 2. conlega eius primo non adversante, post etiam adiuvante; Quir 15. primum est de honesto, tum pari ratione de utili, post de comparatione eorum disserendum; of I 10. quorum princeps Aristippus, post Epicurus; Ac II 131. — c. quae (ratio) neque Solonem fugerat neque post aliquanto nostrum senatum; rep II 59. quas (res) Caesar anno post et deinceps reliquis annis administravisset; Bru 218. si aliquot annis post idem ille liber captivis missus esset; Tusc III 54. repente paucis post diebus venit ad me Caninius mane; ep IX 2, 1. vidimus mensibus post paucis ‖ paucis post mensibus ‖ exercitum spoliatum; Ver III 177. Eudemum ‖ [Eudemum] ‖ quinquennio post domum esse rediturum; div I 53. qui (iudices) multis post saeculis de te iudicabunt; Marcel 29. ab eodum scelere illae triennio post habitae quaestiones; Cluent 191. — 2, a. postquam, qui tibi erant amici, non poterant vincere; Quinct 70. hoc postquam ceteri comprobarunt; Cluent 177. centum et octo annis postquam Lycurgus leges scribere instituit; rep II 18. Habonio opus in acceptum rettulit quadriennio postquam diem operi dixerat; Ver I 149. paucis post diebus, quam Luca discesserat; ep I 9, 9. undecimo die, postquam a te discesseram; A XII 1, 1. XIIII die post, quam ille (Pompeius) Canusio moverat; A IX 1, 1. — b. etsi nihil habebam novi, quod post accidisset, quam dedissem litteras; A VI 3, 1. ut L. Flamininum e senatu eicerem septem annis post, quam consul fuisset; Cato 42.

postea, nachher, ſpäter, posteaquam, nachdem: I, 1. caruit foro postea Pompeius; Milo 18. censorem esse ipsum postea factum; Cluent 119. quod et ipse (Epicurus) et multi postea defensores eius sententiae fuerunt; fin II 44. non dolere istud quam vim habeat, postea videro; fin II 9. quid postea? agr II 29. — 2. nulla lex antea cum fuisset. at vero postea tot leges, ut . .; of II 75. ut primum Marcelli ad Nolam proelio populus se Romanus erexit posteaque prosperae res deinceps multae consecutae sunt, sic . .; Bru 12. dicam primum de ipso genere accusationis, postea de Sardis, tum etiam pauca de Scauro; Scaur 22. ego incolumitati civium primum, ut postea dignitati possemus, ille praesenti dignitati potius consulebat; Phil II 38. cum in iis (urbibus) primum ipsius Pythagorae, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset; Tusc IV 2. — 3. postea aliquanto ipsos quoque tempestas vehementius iactare coepit; inv II 154. annis postea XX levis aestimatio pecudum constituta est; rep II 60. paucis postea mensibus alia vehemens erat in iudiciis invidia versata; Cluent 130. — II, 1. poteaquam in Formiano sum; A II 11, 1. quem posteaquam videt non adesse; Ver II 92. sed, posteaquam Pompei commoratio diuturnior erat, quam putaram; ep VII 5, 1. posteaquam modica temperatio accessit; leg III 17. qui (Epaminondas) tum denique sibi evelli iubet spiculum, posteaquam ei dictum est clipeum esse salvum; ep V 12, 5. posteaquam defensor eius consul est factus; Ver pr 20. postea vero quam profectus es, velim recordere . .; ep V 2, 4. posteaquam bis consul et censor fuerat; div Caec 69. — 2. se praedonum duces domi suae, posteaquam Romam redierit, retinuisse; Ver I 12. posteaquam Tyrum venissent, tum (eos) adflictari coepisse; Tusc III 66.

posteritas, Zukunft, Nachwelt: I. quo minus (sapiens) posteritatem ipsam, cuius sensum habiturus non sit, ad se putet pertinere; Tusc I 91. — II. ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae; Ver V 36. — III. neque quisquam nostrum in rei publicae periculis cum laude versatur, quin spe posteritatis fructuque ducatur; Rabir 29. ut exstet ad memoriam posteritatis sempiternam militum divina virtus; Phil XIV 38. sermo ille oblivione posteritatis exstinguitur; rep VI 25. posteritatis otio consules; ep II 18, 3. spes: ſ. fructus. — IV. video, quanta tempestas invidiae nobis, si minus in praesens tempus, at in posteritatem impendeat; Catil I 22. in omni mutatione dominorum, quae innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate; A XII 19, 1.

posterus, nachfolgend, ſpäter, letzte, gering, Nachkomme, nachgeboren (postumus: ſ. A. liberi. B, **a,** I. nascitur): A. qui (Thucydides) paulo aetate posterior (erat); Bru 43. de firmissimis alia prima ponet, alia postrema; orat 50. in hoc posteriore || posteriori || vincerem sponsionem; Tul 30. in annum posterum decemviros alios subrogaverunt; rep II 61. ut eadem a principibus civitatis postero die dicerentur; sen 26. quorum utrique semper patriae salus et dignitas posterior sua dominatione et domesticis commodis fuit; A X 4, 4. ea pertinere ad superiorem divisionem, contra posteriorem nihil dici oportere; Ac II 99. ut homines postremi pecuniis alienis locupletarentur; Sex Rosc 137. etiamsi (liberi) postumi futuri sint; fin III 57. ut, qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret; Quinct 33. postremam quamque navem piratae primam adoriebantur; Ver V 90. illi philosopho ordiri placet a superiore paeane, posteriore finire. est autem paean hic posterior aurium mensura par fere cretico; de or III 183. respondebo primum postremae tuae paginae; A VI 2, 1. quod institutum perite a Numa posteriorum pontificum neglegentia dissolutum est; leg II 29. etiam postera saecula ad se pertinere; Tusc I 31. aut in provisione posteri temporis aut in praeteriti disceptatione; part or 69. — B, **a,** I. obstupescent posteri certe imperia (tua) audientes et legentes; Marcel 28. horum posteri ita degenerant, ut . .; fin V 13. qui esset secundum postumum et natum et mortuum heres institutus; de or I 180. — II, 1. dicendi genus quod fuerit in utroque, orationes utriusque etiam posteris nostris indicabunt; Bru 324. quid gloriosius meis posteris potui relinquere hoc? sen 25. — 2. ut expetantur eae poenae a liberis, a nepotibus, a posteris; nat III 90. esse apud vos posterosque vestros in honore debebitis; Catil III 2. — III. qui mos cum a posterioribus non esset retentus; fin II 2. secundum: ſ. I. nascitur. — **b,** I. aut paria esse debent posteriora superioribus et extrema primis aut longiora; de or III 186. — II, 1. ita priori posterius, posteriori superius non iungitur; Ac II 44. — 2. res dilata est in posterum; ep X 12, 3. ab homine longe in posterum prospiciente; ep II 8, 1. ut haec non in posteris et in consequentibus, sed in primis continuo peccata sunt, sic . .; fin III 32. — C, I. ne ipse posterius occideretur; Tul 56. ipse Thucydides si posterius fuisset; Bru 288. sed hoc posterius; nunc iuris principia videamus; leg I 18. — II. postremo Cn. Magius est mortuus; Cluent 21. omnes urbes, agri, regna denique, postremo etiam vectigalia vestra venierint; agr II 62. postremo quid simile habet passer annis? div II 65. primum nescio, deinde timeo, postremo non committam, ut . .; agr I 16. quod Atheniensium (rem publicam) tum Theseus (constituisset legibus), tum Draco, tum Solo, tum Clisthenes, tum multi alii, postremo exsanguem iam doctus vir Phalereus sustentasset Demetrius; rep II 2. deinde postremo attendendum est, num . .; inv I 43. — III. ut vestigium illud ipsum, in quo [ipse] postremum institisset, contueremur; de or III 6. quo (die) postremum Asuvius visus erat; Cluent 38.

posthabeo, hintanſetzen: quod hoc honore ex novis hominibus primum me multis post annis || posthabitis || adfecistis; agr II 4. omnibus rebus posthabitis; Tusc V 2.

posthac, künftig, ſpäter, von nun an: in hoc genere non accusabimur posthac, neque hercule antea neglegentes fuimus; A VII 3, 7. ne posthac tantas pecunias magistratibus nostris decerneremus; Ver III 200. utrum posthac amicitias clarorum virorum calamitati hominibus an ornamento esse malitis; Balb 65. nec erit alia lex Romae, alia Athenis, alia nunc, alia posthac; rep III 33. ut nihil posthac auctoritas senatus valeret; Rabir 2. posthac quam plurima, si videtur; ep IX 8, 2.

postilio, Forderung: quod Telluri postilio deberi dicitur; har resp 31.

postis, Pfoſten, Türpfoſten: 1. postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi; dom 121. — 2. qui columnis ac postibus meis hostificum quoddam bellum intulistis; dom 60. — 3. quoddam caput legis Clodium in curiae poste fixisse; A III 15, 6.

postliminium, Recht der Rückkehr: A. Servius nihil putat esse notandum, nisi „post“, et „liminium“ illud productionem esse verbi vult; Top 36. Scaevola iunctum putat esse verbum, ut sit in eo et „post“ et „limen“; ut, quae a nobis alienata, hinc cum ad hostem pervenerint, ex suo tamquam limine exierint, ea cum redierint post ad idem limen, postliminio redisse videantur; Top 37. — B, 1. quem pater suus aut populus vendidisset aut pater patratus dedidisset, ei nullum esse postliminium; de or I 181. videaturne ei, quem pater patratus dediderit, si is non sit receptus, postliminium esse; de or II 137. cum quaeritur, „postliminium“ quid sit; Top 36. — II. num is ad suos postliminio redisset; de or I 182. ſ. A.

postmeridianus (posm., pom.), nachmittägig: ut ambulationem postmeridianam conficeremus in Academia; fin V 1. erunt fortasse alterae (litterae) posmeridianae || post., pom. ||; A XII 53. „posmeridianas quadrigas“ quam „postmeridianas quadriugas“ lubentius dixerim; orat 157. non est hoc munus huius ambulationis antemeridianae aut nostrae posmeridianae sessionis; de or III 121. inclinato iam in posmeridianum || postm. || tempus die; de or III 17.

postquam ſ. **post,** B, II, 2.

postridie, am folgenden Tage: tres epistulas tuas accepi postridie Idus; A IX 9, 1. iste postridie mane iudices citari iubet; Ver II 41. Lupus noster cum Romam sexto die Mutina venisset, postridie me mane convenit; ep XI 6, 1. postridie iens ad Brutum; A XVI 1, 1. invitat Canius postridie familiares suos; of III 59. postridie Idus Lanuvii constitui manere; A XII 41, 1. quem pridie hora tertia animum efflantem reliquisset, eum mortuum postridie hora decima denique ei nuntiabatur? Milo 48. Pythius piscatores ad se convocavit et ab iis petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur; of III 58. inde postridie mane proficiscens; A XVI 13 (a) 2. haec scripsi postridie eius diei, cum . .; ep III 8, 10. quae (venatio) postridie ludos Apollinares futura est; A XVI 4, 1. postridie, quam tu es profectus, multa nocte veni ad Pompeium; Q fr II 7 (9), 2. postridie Idus Paulum Caietae vidi; A XIV 7, 1. exin senatus postridie Idus; A IV 3, 3. ego hinc postridie Idus Lanuvii || Lanuvium ||; A XII 44, 3.

postulatio, Forderung, Verlangen, Geſuch, Anliegen, Einreichung der Klage: I. non ulla umquam intercessit postulatio, mitto aequa, verum

ante hoc tempus ne fando quidem audita; Quinct 71. ex tua praetura primum haec est nata postulatio; Ver II 148. magis in hoc ignoscendi quam cognoscendi postulatio valuit; inv II 105. — II, 1. audio: ſ. I. intercedit. deprecatio est, in qua ignoscendi postulatio continetur; inv II 104. aequa postulatio pretio superabatur; Ver I 125. — 2. cum te unum dicerent postulationi L. Sestii Pansae restitisse; Q fr II 9 (11), 2. — III. quae (crimina) omnia novas iniurias habent, sed postulationum formulas usitatas; Ver II 147. — IV. ut quaeque res ad consilium primis postulationibus referebatur; A I 16, 4.

postulatum, Forderung: I. hoc postulatum de statuis ridiculum esse videatur ei, qui rem non perspiciat; Ver II 148. — II. reliquum est, ut et accipiantur et remittantur postulata per litteras; Phil XII 28. hoc commoti dolore postulata consulibus ediderunt; Ver II 10. postulata haec ab eo interposita esse, quo minus . .; A VII 15, 3. (legati) ultro ab illo (Antonio) ad nos intolerabilia postulata rettulerunt; ep XII 4, 1. remitto: ſ. accipio. — III. huiusce novi postulati genus atque principium tua praetura attulit; Ver II 146.

postulo, fordern, verlangen, beanſpruchen, auffordern, erſuchen, vor Gericht fordern: I. neque quisquam divinare poterat te postulaturum; Quinct 60. ut nos ita tueare, ut amicitia nostra et tua fides postulabit; ep II 16, 7. haec gravius scripsi, quam aut tuus in illum amor aut meus postulabat; A X 4, 6. fides: ſ. amicitia. supplicatio postulantibus nostris imperatoribus deneganda est; Phil XIV 24. cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est; of I 81. ne in huius modi rebus diutius, quam ratio praecipiendi postulat, commoremur; inv I 61. non loco (narratio) dicitur, cum non in ea parte orationis conlocatur, in qua res postulat; inv I 30. tempus: ſ. necessitas. — II, 1. qui primo de vi postulavit; sen 19. Gaditani M. Lepido Q. Catulo consulibus a senatu de foedere postulaverunt; Balb 34. — 2. a te potius postularent, ne amplius quam singulas, quam ab Apronio, ut ne plus quam ternas decumas darent; Ver III 115. ratio hoc postulat, ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter; of III 68. — 3. postulatum est, ut Bibuli sententia divideretur; ep I 2, 1. ut plane (me occupationibus) exsolvam, non postulo; ep VII 1, 5. nec iam recusat, sed quodam modo postulat, ut appelletur tyrannus; A X 4, 2. — 4. ut ne: ſ. 2. — 5. ut ratio postulet agere aliquid et facere eorum; fin III 58. — 6. ostendi, quam multa ante fieri convenerit, quam hominis propinqui bona possideri postularentur; Quinct 86. — 7. nam ex quo postulabimus nobis illud, quod dubium est, concedi, dubium esse id ipsum non oportebit; inv I 53. qui postulet ibi de tua existimatione iudicium fieri; Ver III 139. — III. Gabinium tres adhuc factiones postulant; Q fr III 1, 15. quod haec causa maxime postulat; Flac 36. qui quidvis ab amico auderent postulare; Lael 35. me de isto sumptu decrevisse nil, nisi quod principes civitatum a me postulassent; ep III 8, 5. ſ. II, 2. of III 68. nomine heredis arbitrum familiae herciscundae postulavit; Caecin 19. postulat contionem; Flac 18. deliberandi sibi unum diem postulavit; nat I 60. ut omnes boni omnem a nobis diligentiam virtutemque et postulent et exspectent; Q fr I 1, 41. postulat is, quicum agitur, a praetore exceptionem: EXTRA QUAM IN REUM CAPITIS PRAEIUDICIUM FIAT; inv II 59. (Vettius) statim fidem publicam postulavit; A II 24, 2. nec debes tu aut praecipuam aliquam fortunam postulare aut communem recusare; ep VI 1, 1. impudentem esse, qui pro beneficio non gratiam, verum mercedem postulet; inv II 115. in eum iudicium de professione iugerum postulabatur; Ver III 39. intellego equidem a me istum laborem iam diu postulari; leg I 8. memoriam: ſ. monumentum. mercedem: ſ. gratiam. a vobis nullum monumentum laudis postulo praeterquam huius diei memoriam sempiternam; Catil III 26. si nullum aliud mihi praemium ab senatu populoque Romano nisi honestum otium postularem; Sulla 26. servum illum Nicostratum ab hoc adulescente Oppianico in quaestionem postulavit; Cluent 176. cum ab eo tabulas postularemus; Ver I 60. triumphum ab senatu postulat; inv II 111. a non nullis veritas a te postulatur; leg I 4. virtutem: ſ. diligentiam. — IV, 1. qui (Lentulus Gabinium) iam de maiestate postulavit; Q fr III 1, 15. (Gabinius) adhuc de pecuniis repetundis non erat postulatus; Q fr III 1, 15. — 2. haec cum praetorem postulabas; Tul 39.

potatio, Trinkgelage: videbar mihi videre alios hesterna ex potatione oscitantes; fr A VI 1.

pote ſ. **potis.**

potens, mächtig, einflußreich: A. si propter partium studium potens erat Alfenus, potentissimus Naevius; Quinct 70. qui potentissimorum hominum contumaciam numquam tulerim, ferrem huius adseculae? A VI 3, 6. omnes potentissimorum populorum res gestas; Marcel 5. cuius currum rex potentissimus quondam honestavit; Catil IV 21. qui potentes viros tradunt post mortem ad deos pervenisse; nat I 119. cum floreret in Italia Graecia potentissimis et maximis urbibus; Tusc IV 2. — B, I, 1. suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus; leg III 34. — 2. ne quid temere dicam aut faciam contra potentes; ep IX 16, 5. — II, 1. ego inimicitias potentium pro te appetivi; Milo 160. — 2. quasi pactio fit inter populum et potentes; rep III 23.

potentatus, Macht, Herrſchaft: cum ad eum (Romulum) dominatus ‖ potentatus ‖ omnis reccidisset; rep II 14.

potentia, Macht, Übermacht, Gewalt, Einfluß, Anſehen: potentia est ad sua conservanda et alterius attinenda ‖ acquirenda, al. ‖ idonearum rerum facultas; inv II 169. nimiam gratiam potentiamque Chrysogoni dicimus et nobis obstare et perferri nullo modo posse et a vobis, quoniam potestas data est, non modo infirmari, verum etiam vindicari oportere; Sex Rosc 122. ut potentia senatus atque auctoritas minueretur; quae tamen gravis et magna remanebat; rep II 59. — II, 1. credo vos non populo Romano minime ferendam potentiam concupivisse; Phil I 29. dum modo potentiam consequantur; of III 82. hominum eius modi perniciosam atque intolerandam potentiam exstinguere atque opprimere debetis; Sex Rosc 36. si quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint; ep I 8, 4. ſ. concupisco. infirmo, al.: ſ. I. obstat. minuo: ſ. I. remanet. opprimo: ſ. exstinguo. hanc rerum tantam potentiam non ferme facilius ulla in parte Italiae posita urbs tenere potuisset; rep II 10. — 2. de sua potentia dimicant homines hoc tempore periculo civitatis; A VII 3, 4. — III. Caesar Vopiscus ille summo ingenio, summa potentia solvatur legibus; Phil XI 11. — IV, 1. populus oppressus dominatu ac potentia principum; leg III 34. — 2. ut contra periculosas hominum potentias condicioni omnium civium providisse videamini; Cael 22.

potestas, Macht, Gewalt, Herrſchaft, Befugnis, Amt, Beamter, Behörde, Erlaubnis, Gelegenheit, Möglichkeit: I, 1. sin fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur, aut potestas defuisse aliis demonstranda est aut facultas aut voluntas. potestas, si aut nescisse aut non adfuisse aut conficere aliquid non potuisse dicentur. facultas, si . .; inv II 24. quod potestas humana efficere non possit; nat II 16. de quo ut potestas esset saepe optarint, in eum ob potestatem ‖potestate‖ non uti summam esse stultitiam;

recipio, annehmen, wieder einnehmen, aufnehmen, empfangen, zulaſſen, übernehmen, ſich verpflichten, verſprechen, zurückziehen, herabſtimmen: I. tecto recipiet nemo; Ver II 26. A. Fufium velim ita tractes, ut mihi coram recepisti; ep XIII 3. ut ego ei (Philotimo) coram dixeram, mihique ille receperat; A V 8, 3. — II, 1. quoniam de aestate polliceris vel potius recipis; A XIII 1, 2. ſ. III. alqd; ep I 9, 9. — 2. meminero me recepisse, quos defenderem; Ver II 179. — 3. promitto in meque recipio fore eum tibi voluptati; ep XIII 10, 3. tu mihi omnia te facturum liberalissime recepisti; ep XIII 72, 1. quibus ille (Appuleius) receperat se molestum non futurum; A XII 13, 2. ſ. III. alqd; ep XIII 50, 2. — III. videaturne ei, quem pater patratus dediderit, si is non sit receptus, postliminium esse; de or II 137. recipe te ad nos; ep VII 11, 2. non recipi Antonium a Lepido; ep XI 14, 3. quem in fidem atque amicitiam meam reciperem; ep XIII 16, 2. ut Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias; ep XIII 19, 2. quid sibi is (frater) de me recepisset; ep I 9, 9. omnes hoc tibi tui pro me recipient, maximum te fructum esse capturum; ep XIII 50, 2. ut memineris te omnia mihi cumulate recepisse; ep XIII 72, 2. mihi Laenas totum receperat; A XII 14, 1. cum eius (Phameae) causam recepissem; A XIII 49, 1. quae natura agri tantum modo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento vivorum recipiat; leg II 67. num ferrum non recepit? Sest 80. quoniam avidum hominem ad has discendi epulas recepi; Top 25. Romulus docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere; Balb 31. oratori populi aures tamquam tibiae suut; eae si inflatum non recipiunt . .; Bru 192. sexagesimo anno post libertatem receptam; fin II 66. ne absentis nomen recipiatur; Ver II 147. si qua pecunia post nos consules ex novis vectigalibus recipiatur; agr II 62. in quo est illa quidem magna offensio vel neglegentiae susceptis rebus vel perfidiae receptis; de or II 101. numquam (Tarentum) recepissem, nisi tu perdidisses; de or II 273. qui vocem cubantes sensim excitant eandemque sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt; de or I 251. — IV. ne quis eorum a nobis civis recipiatur; Balb 32. quamquam hi tibi tres libri inter Cratippi commentarios tamquam hospites erunt recipiendi; of III 121.

reciproco, umkehren, zurückwenden: siquidem ista sic reciprocantur, ut . .; div I 10. quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? nat III 24.

recitatio, Vorleſen: consilium tuum de Catonis honore illarum litterarum recitatione patefactum est; dom 22.

recitator, Vorleſer: I. neque vos scripti sui recitatores, sed voluntatis interpretes fore putavit; inv II 139. — II. duobus recitatoribus constitutis; Cluent 140.

recito, vortragen, vorleſen, verleſen, herſagen: I. recita ex tabulis; Ver IV 12. — II, 1. recitemus, quid sequatur; har resp 36. — 2. repente recitatur uno nomine HS CCC data esse; Ver II 47. — III. scribam, quicquid voluisset, cum id mihi ne recitavisset quidem, rettulisse; ep V 20, 4. cum praeclarum caput recitaretur; sen 8. recita et decretum de tributis et publicum testimonium; Ver III 100. hic tu epistulam meam saepe recitas; Sulla 67. quae tuae recitatae litterae sunt in senatu; ep X 6, 1. ne ego istas litteras in contione recitari velim; A VIII 9, 2. lex recitata est; leg III 11. responsum haruspicum hoc recens de fremitu in contione recitavit; har resp 9. qui scriptum suum recitarent; inv II 139. cum tamquam senatum philosophorum recitares; nat I 94. recitatae sunt tabellae in eandem fere sententiam; Catil III 10. testimonium: ſ. decretum. — IV. testamento si recitatus heres esset pupillus Cornelius; Caecin 54. me L. Cotta dixit se meo loco senatorem recitaturum fuisse; dom 84.

reclamatio, Zuruf: reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobavistis; Phil IV 5.

reclamito, widerſprechen: reclamitat istius modi suspicionibus ipsa natura; Sex Rosc 63.

reclamo, zurufen, widerſprechen: I, 1. eius (Lupi) orationi vehementer ab omnibus reclamatum est; ep I 2, 2. — 2. cum ego sensissem de iis, qui exercitus haberent, sententiam ferri oportere, idem illi, qui solent, reclamarunt; ep XI 21, 2. cum eius promissis legiones fortissimae reclamassent; Phil V 22. in iis si paulum modo offensum est, theatra tota reclamant; de or III 196. — II. una voce omnes iudices, ne is iuraret, reclamasse; Balb 12.

reclino, zurückbeugen: »Cepheus caput atque umeros palmasque reclinat«; fr H IV, a, 665.

recogito, erwägen: tu mihi videris in Sardinia de nominibus Pomponianis in otio recogitasse; Q fr II 2, 1.

recognosco, wiedererkennen, ſich erinnern, durchſehen, kennen lernen: I. quae (adulescentia) qualis fuerit, ex eo, quem sui simillimum produxit, recognoscere potestis; Ver I 32. — II. cum te penitus recognovi; Deiot 4. se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere; Tusc I 57. tacitus facta mecum sua recognoscit; Ver IV 104. quoniam non recognoscimus nunc leges populi Romani, sed aut repetimus ereptas aut novas scribimus; leg III 37. recognosce mecum noctem illam superiorem; Catil I 8. vitam ab initio usque ad hoc tempus explicatam cum crimine recognoscite; Sulla 74.

recolo, erneuern, überdenken: quae si tecum ipse recolueris; Phil XIII 45. ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus, celebrandas inter nosque recolendas; de or I 2. (dignitatem meam esse) eo magis recolendam, quod . .; fr E XII. ad eorum erga me merita praedicanda atque recolenda; sen 30.

reconciliatio, Wiederherſtellung, Verſöhnung: reconciliationem esse gratiae factam; har resp 51. inridebatur haec illius reconciliatio; Cluent 101. cum reconciliationes ‖ reconciliatione, al. ‖ gratiarum sanguine meo sancirentur; Quir 13.

reconcilio, verſöhnen, wiedergewinnen, wiederherſtellen: Q. filius animum patris sui sorori tuae reconciliavit; A VI 7, 1. ut caverem, ne cui suspicionem ficte reconciliatae gratiae darem; ep III 12, 4. inimici in gratiam reconciliabantur; dom 129. tibi sum auctor, ut, si quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges; ep I 9, 26. videbatur reconciliata nobis voluntas esse senatus; ep I 2, 1.

reconcinno, ausbeſſern: tribus locis aedifico, reliqua reconcinno; Q fr II 4, 3.

recondo, wieder einſtecken, verwahren, verbergen, verſtecken: si quid erit occultius et, ut scribis „reconditum“; ep XI 21, 5. angulum mihi aliquem eligas provinciae reconditum ac derelictum? Ver III 193. quae (studia) reconditis in artibus versentur; de or I 8. gladium cruentum in vaginam recondidit; inv II 14. qui interiores scrutantur et reconditas litteras; nat III 42. natura tristi ac recondita fuit; Quinct 59. neque tabulis et signis propalam conlocatis, sed iis omnibus multis magnificisque rebus constructis ac reconditis; de or I 161. exercitationem mentis a reconditis abstrusisque rebus ad causas forenses popularesque facile traduxerat;

Bru 44. alia (visa mens) quasi recondit, e quibus memoria oritur; Ac II 30.

reconligo, wieder verſöhnen: etiamsi cuius animus in te esset offensior, a me reconligi oportere; A I 5, 5.

recoquo, durch Kochen verjüngen: quo me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit nec tamquam Peliam recoxerit; Cato 83.

recordatio, Erinnerung: I. dum recordationes fugio, quae quasi morsu quodam dolorem efficiunt; A XII 18, 1. quorum memoria et recordatio iucunda sane fuit, cum in eam nuper incidissemus; Bru 9. et praeteritorum recordatio est acerba et acerbior exspectatio reliquorum; Bru 266. iucundiorem faciet libertatem servitutis recordatio; Phil III 36. habet praeteriti doloris secura recordatio delectationem; ep V 12, 4. acerba sane recordatio veterem animi curam renovavit; de or III 1. — II, 1. das mihi iucundas recordationes conscientiae nostrae rerumque earum, quas . .; ep V 13, 4. mihi repetenda est veteris cuiusdam memoriae non sane satis explicata recordatio; de or I 4. fugio: ſ. I. efficiunt. repeto: ſ. explico. — 2. recordatione nostrae amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar; Lael 15. — 3. habet profecto quiddam Sardinia appositum ad recordationem praeteritae memoriae; Q fr II 2, 1. incido in: ſ. I. est. — III. ut (C. Marius) tropaeorum recordatione levaret dolorem suum; fin II 105. qui patris clarissimi recordatione et memoria fletum populo moveret; de or I 228. ne recordatione mei casus a consiliis fortibus refugiatis; Sest 51.

recordor, ſich erinnern, eingedenk ſein: I, 1. ita nihil est aliud discere nisi recordari; Tusc I 58. — 2. ut recordor, tibi meam (epistulam) misi; A XIII 6, 3. — II, 1. recordare de ceteris, quos adesse huic vides; Sulla 5. — 2. in ipso Cn. Pompeio quam multa sint nova constituta, recordamini; imp Pomp 61. cum, illa unde habeant, recordantur; Tusc V 102. — 3. recordor longe omnibus unum anteferre Demosthenem; orat 23. — 4. fuisse hunc tum hominum sermonem recordari potestis; Cluent 85. — III, 1. cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur; Piso 12. — 2. recordare consensum illum theatri; Phil I 30. ego, qui omnia officio metior, recordor tameu tua consilia; A VIII 12, 4. cum (Pulchellus) opes eorum et ‖ et vim ‖ exercitus recordatur; A II 22, 1. ut urbium expugnationes, ut pedestres navalesve pugnas recordentur; Cato 13. cum omnes gradus aetatis recordor tuae; de or III 82. cum tuam virtutem animique magnitudinem diligentius essem mecum recordatus; ep V 17, 1. numquam illos aspicio, quin huius meritum in me recorder; Planc 69. opes: ſ. exercitus. pugnas: ſ expugnationes. recordare tempus illud, cum pater Curio maerens iacebat in lecto; Phil II 45. virtutem: ſ. magnitudinem.

recreo, erquicken, kräftigen, wiederherſtellen: qui meis institutis se recreatos putant; ep XV 4, 15. quod me ab hoc maerore recreari vis; A XII 14, 3. ego recreavi adflictos animos bonorum; A I 16, 8. causa ea est, ut iam simul cum re publica necessario revivescat atque recreetur; ep VI 10, 5. quos (tyrannos) si boni oppresserunt, ut saepe fit, recreatur civitas; rep I 68. ubi illa antiqua libertas, quae aliquando recreata se erigere debebat? Planc 33. vester conspectus et consessus iste reficit et recreat mentem meam; Planc 2. quibus (consiliis) illam tu provinciam adflictam et perditam recreasti; Ver III 212. urbes complures dirutas ac paene desertas per te esse recreatas; Q fr I 1, 25.

recrudesco, wieder aufbrechen: hoc tam gravi vulnere etiam illa, quae consanuisse videbantur, recrudescunt; ep IV 6, 2.

recta, geradeswegs: I. recta perge in exsilium; Catil I 23. erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum; A V 14, 2. (Balbus) recta a porta domum meam † venisse ‖ venit ‖; ep IX, 19, 1. — II. sibi recta iter esse Romam; Vec V 160. — III. Marius ab subselliis in rostra recta; of III 80. iam te videbo et quidem, ut spero, de via recta ad me; A XII 2, 2. statueram recta Appia Romam; A XVI 10, 1.

recte, gerade, lotrecht, recht, richtig, folgerichtig, ſicher: recte admones; Ver IV 5. quae quidem recte lex appellari possit; leg II 11. aures recte in altis corporum partibus conlocatae sunt; nat II 141. quem (Aristotelem) excepto Platone haud scio an recte dixerim principem philosophorum; fin V 7. una erit virtus, quae malitia rectissime dicetur; leg I 49. illo addito „iuste“ fit recte factum; fin III 59. hominem frugi omnia recte facere; Tusc IV 36. sive aliae (atomi) declinabunt, aliae suo nutu recte ferentur, primum erit hoc quasi provincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur; fin I 20, rectene interpretor sententiam tuam? Tusc III 37. si recte et ordine iudicaris; Sex Rosc 138. de quo recte et verissime loquitur Atreus; nat III 68. doloris omnis privatio recte nominata est voluptas; fin I 37. virtutibus rectissime mihi videris vitia posuisse contraria; fin III 40. binas centesimas ab sese ablatas ferendum non putant, et recte non putant; Ver III 168. cur fiat quidque, quaeris. recte omnino; div I 86. litteras Bruti recte et ordine scriptas videri; Phil X 5. nares recte sursum sunt; nat II 141. apud Herum recte erat; Q fr III 1, 1. te recte valere; ep XI 24, 1. etiam in tormentis recte, honeste, laudabiliter vivi potest; Tusc V 12. recte tu quidem, Scaevola, et vere; Lael 8.

rectio, Regierung, Leitung: I. ea quoque (pars) est ab isdem non solum ad privatae vitae rationem, sed etiam ad rerum publicarum rectionem relata; fin V 11 — II. omnium rerum publicarum rectionis genera, status, mutationes perscripsimus; fin IV 61.

rector, Lenker, Leiter: I, 1 an Achivorum exercitus et tot navium rectores non ita profecti sunt ab Ilio, ut . .? div I 24. — 2. sic appelletur, quicumque erit rector et gubernator civitatis; rep II 51. — II. qui, quibus rebus utilitas rei publicae pareretur augereturque, teneret iisque uteretur, hunc rei publicae rectorem et consilii publici auctorem esse habendum; de or I 211. ubi est, quod et vestrae litterae illum laudant patriae rectorem? rep V 8. — III. cum cognitum habeas, quod sit summi rectoris ac domini numen, quod consilium, quae voluntas; fin IV 11.

rectus, gerade, geradſinnig, recht, richtig, ſittlich gut, rechtlich, pflichtgemäß: A. unus L. Caesar firmus est et rectus; ep XII 5, 2. ut ea aut recta esse confidamus aut prava intellegamus; de or II 232. proelium rectum est hoc fieri; Tusc IV 43. cum „Phrygum“ et „Phrygibus“ dicendum esset, absurdum erat aut etiam in barbaris casibus Graecam litteram adhibere aut recto casu solum Graece loqui; orat 160. recta effectio (*κατόρθωσιν* enim ita appello, quoniam rectum factum *κατόρθωμα*), recta igitur effectio crescendi accessionem nullam habet; fin III 45. qui iudicaverunt hostem Dolabellam ob rectissimum facinus; Phil XIII 36. factum: ſ. effectio. si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua rectis lineis; fat 22. ut rectis oculis hanc urbem sibi intueri liceat; Rab Post 48. perfectum officium rectum, opinor, vocemus, quoniam Graeci *κατόρθωμα*; of I 8. se paratum esse omni recta atque honesta ratione defendere, quod petat, non deberi; Quinct 66. est vera lex recta ratio naturae congruens; rep III 33. neque quod tuo studio rectissimo atque optimo non obsequi vellem; de or I 99. qui ita talus erit iactus, ut cadat rectus; fin III 54. ut eam laudis viam rectissimam esse duceret, quam . .; Bru 281. est ista

recta docendi via; leg II 8. — B, I, 1. qui omnia recta atque honesta per se expetenda duxerunt; leg I 37. etiamsi quid antea recti aut venusti habere visi essent; Quinct 77. quibus nihil est aliud propositum nisi rectum atque honestum; fin IV 46. — 2. interesse oportet, ut inter rectum et pravum, sic inter verum et falsum; Ac II 33. — II. alqd: ſ. I, 1. habeo. quale sit, recti pravique partibus (quaeritur); orat 45. ex eo exsistet recti etiam ratio atque honesti; fin V 19.

recubo, liegen: (philosophia) in hortulis quiescet suis, ubi vult, ubi etiam recubans molliter et delicate nos avocat a rostris; de or III 63.

recula, geringe Habe: posteaquam rem paternam ab idiotarum divitiis ad philosophorum reculam || regulam || perduxit; Sest 110.

recumbo, ſich niederlegen: cum ceteris se in campo exercentibus ipse (M. Lepidus) in herba recubuisset; de or II 287. in qua (exhedra) Crassus posito lectulo recubuisset; de or III 17. cum in cubiculo recubuisses; Deiot 42.

recuperatio, Wiedererlangung: ita praeclara est recuperatio libertatis; Phil X 20.

recuperator, Erſatzrichter, Eigentumsrichter: I, 1. recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione iudicaverunt; Flac 48. — 2. dubitari hoc potest, recuperatores? Tul 55. — II, 1. necesse putavit esse recuperatores dare; Tul 10. coepit Scandilius recuperatores aut iudicem postulare; Ver III 135. si faceres potestatem aratori non modo reiciendi, sed etiam sumendi recuperatores; Ver III 32. — 2. ut de eo tibi apud recuperatores dicere liceret; Tul 39. — III a recuperatoribus causa cognoscitur; Flac 47.

recuperatorius, von Erſatzrichtern: non oportel in || oportet || recuperatorio iudicio eius maleficii, de quo inter sicarios quaeritur, praeiudicium fieri; inv II 60.

recupero (recipero), wiedererlangen, wiedergewinnen: per quos me recuperavistis; Sest 147. haec (est) restitutio in domo, in sedibus, in aris, in focis, in dis penatibus reciperandis; dom 143. suam auctoritatem simul cum salute mea recuperassent; ep I 9, 14. deos, domum: ſ. aras. cum ispe eius opera et dignitatem et salutem recuperarim; har resp 6. quod tardius reciperas fortunam et dignitatem tuam; ep VI 10, 1. focos: ſ. aras. fortunam: ſ. dignitatem. cum omne ius rei publicae recuperavisset; Phil X 7. nihil esset negotii libertatem et rem publicam reciperare; ep XII 2, 1. ipse ornatum ac vestitum pristinum recuperabit; Sulla 88. haec pecunia recuperata est multis post annis; Flac 57. id populus egit, ut rem suam recuperaret; rep III 44. recuperata res publica; Bru 311. si quando Pompeius rem publicam recuperarit; A VIII 3, 2. ſ. libertatem. salutem: ſ. dignitatem. sedes: ſ. aras. vestitum: ſ. ornatum.

recurro, zurücklaufen, zurückkehren: I. (lunae) forma mutatur tum crescendo, tum defectibus in initia recurrendo; nat II 50. — II. illi recurrere ad raedam incipiunt; Milo 29. equidem Kal. in Tusculanum recurram; A XIII 47, 2 (3).

recusatio, Weigerung, Einwendung, Ablehnung: I. aliud accusatio aut recusatio conficere debet; inv II 12. haec ipsa recusatio disputationis disputatio quaedam fuit mihi quidem periucunda; de or II 26. — II. poena violatae religionis iustam recusationem non habet; leg II 41. — III illi sine recusatione negotium susceperunt; Catil III 15.

recuso, zurückweiſen, ablehnen, Einſpruch tun, ſich weigern: I. Sertorianum bellum a senatu privato datum est, quia consules recusabant; Phil XI 18. — II, 1. sin absolvitur, desinemus nos de iudiciis transferendis recusare; Ver I 6. — 2. sententiam ne diceret, (Regulus) recusavit; of III 100. — 3. cum non recusarent, quin vel pro me vel mecum perirent; Quir 13. — 4. quo minus mihi inimicissimus sit, non recusabo; Phil I 27. — 5. quod ille (procurator) recusaret || recusarit, al. || satis dare amplius abs te non peti; A I 8, 1. te recusantem bellum suscipere; Piso 57. — III. nihil tibi a me postulanti recusabo; de or II 128. quod ea condicione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus; A XV 1, 1. nec ullam acerbitatem recuso; A IX 7, 1. cum reliquae virtutes nullum recusent nec supplicium nec dolorem; Tusc V 13. quas vigilias, quas sollicitudines, quos labores liberandi populi Romani causa recusare debemus? Phil VIII 32. quem (laborem) non recusarem; leg I 8. Themistocles cum in epulis recusaret lyram, est habitus indoctior; Tusc I 4. tum id munus denique (sapientem) non recusare; rep I 11. dicendi periculum non recuso; Phil I 14. sollicitudines, vigilias: ſ. laborem. supplicium: ſ. dolorem. — IV. populum Romanum disceptatorem non modo non recuso, sed etiam deposco; Flac 97.

redamo, Gegenliebe empfinden: qui (animans) vel amare vel, ut ita dicam, redamare possit; Lael 49.

redarguo, zurückweiſen, widerlegen: I. quis non dixit *Ἔπολιν* ab Alcibiade deiectum esse in mare? redarguit Eratosthenes; A VI 1, 18. — II. cum innumerabilem Magio praefecto pecuniam dixisset datam idque Scaurus tenuitate Magii redargueret; de or II 265. si nostra probari facilius quam illa redargui possunt; de or II 293. in confirmando nostra probare volumus, in reprehendendo redarguere contraria; part or 33. neque in hoc solum inconstantiam redarguo tuam, *sed etiam* in ipso Catone; dom 21. improborum prosperitates secundaeque res redarguunt vim omnem deorum ac potestatem; nat III 88.

reddo, zurückgeben, wiedergeben, überſetzen, ausſtoßen, hingeben, abgeben, zuſtellen, ablegen, angeben, erweiſen, gewähren, machen: I. per se hoc ipsum reddere in officio ponitur; fin III 59. — II. reddes nobis, de magistratibus ut disputes || [ut disputes] ||, quibus de causis maxime placeat ista discriptio; leg III 13. — III. ego cum te patriae reddidissem; Milo 94. cum ea, quae legeram Graece, Latine redderem; de or I 155. perge, Pomponi, de Caesare et redde, quae restant; Bru 258. ut (Hortensius), quae secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus cogitavisset; Bru 301. cum eandem (animam aspera arteria) a pulmonibus respiret et reddat; nat II 136. qui vestro singulari studio atque consensu parentum beneficia, deorum immortalium munera, populi Romani honores, vestra de me multa iudicia nobis uno tempore omnia reddidistis; sen 2. reddi captivos negavit esse utile; of III 100. reddite rei publicae consulem; Muren 90. reddere deposita; of III 95. diligenter mihi fasciculum reddidit Balbi tabellarius; A XI 22, 1. honores: ſ. beneficia. quibus imperium ita datum est, ut redderent; Q fr I 1, 23. iudicia: ſ. beneficia. ut civibus libertatem et iura redderet; Tusc V 62. litteras a te mihi stator tuus reddidit Tarsi; ep II 17, 1. redditae mihi litterae sunt a Pompeio; A VIII 1, 1. o fortunata mors, quae naturae debita pro patria est potissimum reddita! Phil XIV 31. munera: ſ. beneficia. pecuniam Domitio satis grandem non esse redditam; A VIII 14, 3. salutem tibi idem dare possunt, qui mihi reddiderunt; Planc 102. si mihi Q. Axius in hac mea fuga HS XIII non reddit, quae dedi eius filio mutua; A X 11, 2. sive paribus paria (verba) redduntur sive opponuntur contraria; orat 164. memoria bene redditae vitae sempiterna; Phil IX 32. ut possint eam vitam, quae tamen esset reddenda naturae, pro patria potissimum

reddere; rep I 4. — IV. ille (Clodius) omnes Catilinas Acidinos postea reddidit; A IV 3, 3. ne hoc quidem cernunt, omnia se reddere incerta; Ac II 54. ex feris et immanibus mites (homines) reddidit et mansuetos; inv I 2. ut, cum etiam nunc vivam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem, si possem; de or II 8. hic (Phalereus) primus inflexit orationem et eam mollem teneramque reddidit; Bru 38.

redemptio, Erkaufung, Beſtechung, Pachtung: I. redemptio est huius iudicii facta grandi pecunia; Ver pr 16. quid ego reorum pactiones, redemptiones proferam? Piso 87. — II. Apronius tritici VII milia medimnum non redemptionis aliquo iure tollit; Ver III 54. videtis non temeritate redemptionis, sed crudelitate Gabinii paene adflictos iam atque eversos publicanos; prov 11.

redemptor, Unternehmer, Pächter: I, 1. cum Lacedaemoniis lex esset, ut, hostias nisi ad sacrificium quoddam redemptor praebuisset, capital esset; inv II 96. — 2. ipsum praetorem redemptorem decumarum fuisse; Ver III 71. — II, 1. Longilium redemptorem cohortatus sum; Q fr II 5, 3. — 2. redemptori tuo dimidium pecuniae curavi; Q fr II 4, 2. — III. ipse in tuo redemptore nullam certam diem observares; Ver III 16.

redeo, zurückgehen, zurückkehren, kommen, gelangen, eingehen: I, 1. quod in redeundo auspicari esset oblitus; nat II 11. — 2. redeundum est ad propositum; of II 29. — II. nunc, antequam ad sententiam redeo, de me pauca dicam; Catil IV 20. redi cum re publica in gratiam; Phil II 118. quasi divinans se redituram; Phil III 26. redeo ad illud, quod initio scripsi; ep I 7, 5. nunc redeo, ad quae mihi mandas; A V 11, 6. haec de rebus forensibus; redeamus domum; A VII 1, 9. tum, ad quos dies rediturus sim, scribam ad te; A XIII 9, 2. ita in memoriam redibit auditor; inv I 98. haec bona in tabulas publicas nulla redierunt; Sex Rosc 128. unde (legiones) se redituras numquam arbitrarentur; Cato 75. sed redeat, unde aberravit oratio; Tusc V 66. ut ad illam diem, res cum redissent, rogarentur, ut pari studio convenirent; sen 27.

redhibeo, zurückgeben: quae (vitia) nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure civili; of III 91.

redigo, zurückbringen, eintreiben, bringen, hineinbringen, verkleinern: I. quid sibi is de me recepisset, in memoriam redegit; ep I 9, 9. — II. nihil est, quod ad artem redigi possit, nisi . .; de or I 186. quicquid est, de quo ratione et via disputetur, id est ad ultimam sui generis formam speciemque redigendum; orat 10. ſ. nummos. quod omnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta; Ver III 171. nobilissimam familiam iam ad paucos redactam paene ab interitu vindicasti; Marcel 10. maiores vestri potentissimos reges, bellicosissimas gentes in dicionem huius imperii redegerunt; Phil IV 13. quo edicto omnia iudicia redegerat in suam potestatem; Ver II 33. est pollicitus ius civile ad artem facilem redacturum; de or II 142. scripsi me, quicquid possem nummorum, ad apparatum sperati triumphi ad te redacturum; A VII 1, 9. cuius nomine ea pecunia redigeretur; Rab Post 31. reges: ſ. gentes. nemo scripsit orationem generis eius, quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias; orat 208.

redimiculum, Stirnband: haec civitas mulieri in redimiculum praebeat; Ver III 76.

redimio, bekränzen, umwinden: qui sertis redimiti eructant sermonibus suis caedem bonorum; Catil II 10. cernis terram quasi quibusdam redimitam et circumdatam cingulis; rep VI 21.

redimo, zurückkaufen, loskaufen, befreien, kaufen, pachten, übernehmen, abwenden: I. ne liceat pupillo redimere; Ver I 142. — II. quam (acerbitatem) ego a re publica meis privatis et domesticis incommodis libentissime redemissem; ep II 16, 4. redimi e servitute captos; of II 63. pretio abs te ius foederis et imperii condicionem redemerunt; Ver V 50. de fundo Frusinati redimendo iam pridem intellexisti voluntatem meam; A XI 13, 4. ius: ſ. condicionem. metum virgarum nauarchus nobilissimae civitatis pretio redemit; Ver V 117. qui se uno quaestu decumarum omnia sua pericula redempturum esse dicebat; Ver III 49. quae (societas) picarias de P. Cornelio L. Mummio censoribus redemisset; Bru 85. publicis male redemptis; Q fr I 1, 33. quod omnes illi fautores illius flagitii rem manifestam illam redemptam esse a iudicibus confitentur; A I 16, 11. qui cum ei fuissent auctores redimendae salutis; Ver II 69. vitam omnium civium, statum orbis terrae, urbem hanc denique quinque hominum amentium poena redemi; Sulla 33. vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt; har resp 60. vitam, urbem: ſ. statum.

redintegro, erneuern, auffriſchen: ita per brevem comparationem auditoris memoria et de confirmatione et de reprehensione redintegrabitur; inv I 99.

reditio, Rückkehr: industriam meam celeritas reditionis declaravit; Ver I 16.

reditus, Rückkehr, Heimkehr: I. reditus ad rem aptus et concinnus esse debebit; de or III 203. reditus intercesserat in gratiam per Pompeium; ep I 9, 19. iis (animis) reditum in caelum patere; Lael 13. reditus ad propositum; de or III 203. reditus inlustris in gratiam; ep III 10, 9. quis porro noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? A XV 5, 3. — II, 1. quoniam tibi virtus et dignitas tua reditum ad tuos aperuit; ep VI 11, 2. multi dantur ad studia reditus; of I 19. flumine sanguinis meum reditum intercludendum putaverunt; Quir 14. cum eius a Brundisio crudelis et pestifer reditus timeretur; Phil III 3. — 2. L. Brutus arcens reditu tyrannum; Tusc I 89. — 3. homines de meo reditu laborasse; Vatin 7. impetum conligavit, progressu arcuit, a reditu refrenavit; Phil XI 4. — III. ut dolorem profectionis meae reditus dignitate consoler; sen 23. sive hunc di immortales fructum mei reditus populo Romano tribuunt; dom 17. — IV, 1. C. Marius reditu suo senatum cunctum paene delevit; sen 38. — 2. quibus (temporibus) inter profectionem reditumque L. Sullae sine iure fuit res publica; Bru 227. quem locum apud ipsum Caesarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? Phil II 71.

redivivus, aufgefriſcht, gebraucht: A. unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide redivivo; Ver I 147. — B. quasi quicquam redivivi ex opere illo tolleretur ac non totum opus ex redivivis constitueretur; Ver I 148.

redoleo, Geruch verbreiten, riechen: I. mihi quidem ex illius (Demetrii) orationibus redolere ipsae Athenae videntur; Bru 285. — II. exiliores orationes sunt et redolentes magis antiquitatem; Bru 82. (definitio) genere ipso doctrinam redolet exercitationemque paene puerilem; de or II 109. frustis esculentis vinum redolentibus; Phil II 63.

redomitus, wieder bewältigt: perditi cives redomiti ‖ perdomiti ‖ atque victi; Sulla 1.

reduco, zurückführen, zurückbringen, zurückgeleiten, zurückziehen: I. reducere in memoriam, quibus rationibus unam quamque partem confirmaris; inv I 98. — II. Crassum consulem ex senatu domum reduxi; Q fr II 7, 2. ut iudicia, leges, concordia populi, senatus auctoritas mecum simul reducta videantur; dom 17. tibi concedo, ut in XII scriptis solemus, ut calculum reducas, si te alicuius dati paenitet; fr F V 60. concordiam: ſ. auctoritatem. consulem: ſ. alqm. ut exsules

Byzantium reducerentur; dom 52. iudicia, leges: ſ. auctoritatem. ab illo patriae proditores de exsilio reductos esse; A IX 14, 2. ut tres legati regem reducerent; ep I 2, 1.

reductio, Zurückführung: quoniam senatus consultum nullum exstat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit; ep I 7, 4.

redundantia, Überfülle: illa iuvenilis redundantia multa habet attenuata; orat 108.

redundo, überſtrömen, austreten, ſich ergießen, übergehen, überſchwemmen, Überfluß haben, triefen: I. in quibus (definitionibus) neque abesse quicquam decet neque redundare; de or II 83. cum sanguis corruptus est aut pituita redundat aut bilis; Tusc IV 23. quod quidem bonum mihi nunc denique redundat; Q fr III 9, 1. omnes in me meosque redundant ex fonte illo dolores; Milo 103. qui (fluctus) per nos a communi peste depulsi in nosmet ipsos redundarent; de or I 3. Veios capi non posse, dum lacus is redundaret; div I 100. mare conglobatur undique aequabiliter neque redundat umquam neque effunditur; nat II 116. quae (nationes) numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare; prov 30. ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio; de or I 20. Asiatici oratores parum pressi et nimis redundantes; Bru 51. ut neque in Antonio deesset hic ornatus orationis neque in Crasso redundaret; de or III 16. pituita: ſ. bilis. genus universum in species certas, ut nulla neque praetermittatur neque redundet, partietur; orat 117. verbis effervescentibus et paulo nimium redundantibus; de or II 88. si brevitas appellanda est, cum verbum nullum redundat; de or II 326. — II. omnis hic locus acervis corporum et civium sanguine redundavit; Catil III 25. tuus deus non digito uno redundat, sed capite, collo, cervicibus, lateribus . .; nat I 99. haec perpetua contra Scaevolam Curiana defensio tota redundavit hilaritate quadam et ioco; de or II 221. is dedit operam, ut nimis redundantes nos et supra fluentes iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret; Bru 316. lateribus: ſ. capite. acerbissimo luctu redundaret ista victoria; Ligar 15. cum tu omnibus vel ornamentis vel praesidiis redundares; ep III 10, 5. sanguine: ſ. acervis.

reduvia, Riednagel: qui, cum capiti Sex. Roscii mederi debeam, reduviam curem; Sex Rosc 128.

redux, wiederkehrend: quid me reducem esse voluistis? Milo 103. quae (vita) in claris viris et feminis dux ‖ redux ‖ in caelum soleret esse; Tusc I 27.

refello, widerlegen: I, 1. quod esset in causa aut ad confirmandum aut ad refellendum; Bru 303. — 2. non fuisse causam. finget fuisse. qui refellemus; Scaur 19. — II. in quo liceat mihi fingere, si quid velim, nullius memoria iam me refellente; de or II 9. tu me γεωμετρικῶς refelleras; A XII 5, b (3). ea Menedemus exemplis magis quam argumentis conabatur refellere; de or I 88. signis luce omni clarioribus crimina refellemus; Cael 22. ne quo pacto genus hoc refelli possit; inv I 45. ita vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio; fin II 81. hunc testem meum refelli volo; Ver V 155.

refercio, anfüllen, anhäufen: perfice, ut Crassus haec, quae coartavit et peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet; de or I 163. Postumi nomen aures refersit istis sermonibus; Rab Post 40. meministis tum corporibus civium Tiberim compleri, cloacas referciri; Sest 77. qui (di) hominum vitam superstitione omni referserunt; nat II 63.

refero, zurückbringen, zurückführen, wieder aufnehmen, wiederholen, zuweiſen, einreihen, wiedergeben, bezahlen, wiedererſtatten, darbringen, wenden, richten, beziehen, erwidern, anführen, berichten, erzählen, melden, anzeigen, beantragen, eintragen: I, 1. referendum ad sacerdotes publicos non putasti? dom 132. senatus, quos ad soleret, referendum non censuit; nat II 10. — 2. ut (Hortensius) nullo referente omnia adversariorum dicta meminisset; Bru 301. pater Roscii ad haruspices rettulit; div I 79. — II, 1. quaesivit, qua de re ad Crassum rettulisset; de or I 239. ut ad eos de omni aut officio aut negotio referretur; de or III 133. ex Kalendis Ianuariis de me rettulisti; dom 70. abiecit consilium referendi ad senatum de Caesare; Phil XIII 19. — 2. ad vos nunc refero, quem sequar; Ac II 132. — 3. quod: ſ. III. ostentum. 4. iussisti ipsum in tabulas referre haec omnia signa vendita esse. rettulit; Ver IV 12. ego nunc tibi refero artem sine scientia esse non posse; Ac II 146. — III. eodem Q. Caepionem referrem, nisi . .; Bru 223. auster adversus maximo flatu me ad tribules tuos Regium rettulit; ep XII 25, 3. me referunt pedes in Tusculanum; A XV 16, a. ad commonendum oratorem, quo quidque referat; de or I 145. philosophus tam omnia ad voluptatem corporis doloremque referens; de or I 226. paria paribus referunt, adversa contrariis; orat 65. omnes et metus et aegritudines ad dolorem referuntur; fin I 41. mihi quoque initium requiescendi atque animum ad utriusque nostrum praeclara studia referendi fore iustum; de or I 1. referte nunc animum ad hominum vel etiam ceterarum animantium formam et figuram; de or III 179. quo sint omnia bene vivendi recteque faciendi consilia referenda; fin I 11. cum longo intervallo veterem consuetudinem rettuli; Ver I 15. senatus etiam consulta pecunia accepta falsa referebat; Phil V 12. victus cultusque corporis ad valetudinem referatur et ad vires, non ad voluptatem; of I 106. quae (cura doloris tui) ad te ipsum proprie referetur; ep V 16, 5. tuas quoque epistulas vis refervi in volumina; ep XVI 17, 1. ei, si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamque referamus; de or III 14. an honesta et turpia non ad naturam referri necesse erit? leg I 46. cum scirem ita esse indicium relatum in tabulas publicas; Sulla 42. metus: ſ. aegritudines. nisi Atheniensibus, quod mysteria non referrent, ad quae biduo serius veneram, succensuissem; de or III 75. quod nomen referre in tabulas timent; Q Rosc 4. quodsi nubes rettuleris in deos, referendae certe erunt tempestates; nat III 51. primo negabat se opus in acceptum referre posse; Ver I 149. quam orationem (M. Cato) in Origines suas rettulit; Bru 89. qui ad eum (coniectorem, interpretem) rettulisset quasi ostentum, quod anguis domi vectem circumiectus fuisset; div II 62. paria: ſ. adversa. ut pecunias in aerarium referrent; Ver III 81. ex meis rationibus relatis; ep V 20, 6. triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes rettulissem; ep V 20, 7. refert ad istum rem Habonius; Ver I 140. perspicuum est omnes rectas res atque laudabiles eo referri, ut cum voluptate vivatur; fin I 42. referes ei plurimam (salutem); A XVI 3, 6. refertur eius sermo ad Apronium; Ver III 61. eam causam Cleanthes adfert, cur se sol referat; nat III 37. ut pariter extrema terminentur eundemque referant in cadendo sonum; orat 38. quoniam omnis summa philosophiae ad beate vivendum refertur; fin II 86. tempestates: ſ. nubes. turpia: ſ. honesta. ornant in primis orationem verba relata contrarie; de or II 263. victum: ſ. cultum. — IV. expensa Chrysogono servo HS sescenta milia accepta pupillo Malleolo rettulit; Ver I 92. in quibus (tabulis) sibi expensa pecunia lata sit acceptaque relata; Caecin 17. virtutem nemo umquam acceptam deo rettulit; nat III 86. unam

(navem) ex decem hac horribili tempestate sociorum amissam in litteras publicas rettulerunt; Ver I 89. cum illam pecuniam nominatim Flacco datam referant; Flac 44. in iis, quae (Xenophon) a Socrate dicta rettulit; nat I 31. hoc in genere solo rem iudicatam referri ‖ referre ‖ posse voluerunt; dom 78.

refert, es nützt, liegt daran, kommt darauf an: I, 1. refert etiam, qui audiant, senatus an populus an iudices; de or III 211. quid refert, utrum voluerim fieri an gaudeam factum? Phil II 29. quae (aves) pascantur necne, quid refert? div II 72. — 2. neque refert videre, quid dicendum sit, nisi . .; Bru 110. — 3. cuius consiliis magni referebat te interesse; ep XIII 68, 2. parvi refert abs te ipso ius dici aequabiliter et diligenter, nisi . .; Q fr I 1, 20. — II. ut omnes suas fortunas alienis servis committeret? at quibus servis? (refert enim magno opere id ipsum); Cael 57. non ascripsi id, quod tua nihil referebat; ep V 20, 5.

refertus, angefüllt, voll: A. semper boni adsiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria est; Cato 56. cum doctissimis hominibus referta domus esset; orat 146. videtisne refertum forum? Phil III 32. referta Gallia negotiatorum est; Font 10. referta quondam Italia Pythagoreorum fuit; de or II 154. quod orationes declarant refertae philosophorum sententiis; nat I 6. in provincia tam locuplete ac referta; Ver III 48. plena exemplorum est historia, tum referta vita communis; div I 50. bonorum, id est lautorum et locupletum ‖ locupletium ‖ urbem refertam fore, municipiis vero his relictis refertissimam; A VIII 1, 3. urbem iam refertam esse optimatium ‖ optimatum ‖ audio; A IX 1, 2. — B. confer refertos epulis tamquam opimos boves; Tusc V 100.

referveo, aufwallen: refervens falsum crimen statim concidit et exstinguitur; Q Rosc 17.

refervesco, aufwallen: qui (sanguis) cum terram attigisset, refervescere videretur sic, ut domus redundaret; div I 46.

reficio, wiederherstellen, ausbessern, erfrischen, kräftigen, einnehmen: ego hic cogito commorari, quoad me reficiam; ep VII 26, 2. Tironis reficiendi spes est in M'. Curio; A VII 3, 12. his propositis numquam eris dives ante, quam tibi ex tuis possessionibus tantum reficietur, ut . .; par 45. si aedes eae corruerunt vitiumve faciunt, heres restituere non debet nec reficere; Top 15. nitor non ad animum, sed ad vultum ipsum reficiendum; A XII 14, 3. Demosthenes curator muris reficiendis fuit eosque refecit pecunia sua; opt gen 19. in reficienda salute communi; Sest 15. tantum cibi et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur; Cato 36. vultum: s. animum.

refigo, abreißen, aufheben: cuius aera refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? ep XII 1, 2. num figentur rursus eae tabulae, quas vos decretis vestris refixistis? Phil XII 12.

reflatus, Gegenwind: L naves delatas Uticam reflatu hoc; A XII 2, 1.

reflecto, zurückwenden, wenden: non numquam animum incitatum ad ulciscendam orationem tuam revoco ipse et reflecto; Sulla 46. »obstipum caput tereti cervice reflexum;« nat II 107. quibus (causis) mentes aut incitantur aut reflectuntur; de or I 53.

reflo, entgegenwehen: inde quam primum Athenas (volo), etsi etesiae valde reflant; A VI 7, 2. cum (fortuna) reflavit, adfligimur; of II 19. sin reflantibus ventis reiciemur; Tusc I 119.

reformidatio, Furcht: (sibi proponit orator) in suasione aut spem aut reformidationem deliberantis; part or 11.

reformido, fürchten, scheuen: I. vide, quam non reformidem; Ligar 6. — II, 1. nec, quid tibi de alio audienti de se ipso occurrat, reformidat; Ligar 6. — 2. animus ea dicere reformidat; Phil XIV 9. — III. ita taetra sunt quaedam, ut ea fugiat et reformidet oratio; Tusc I 108. pacis nomine bellum involutum reformido; Phil VII 19. quorum ille (Lucilius) iudicium reformidans; fin I 7. omnes morbos reformido; ep VII 26, 1. diligentia speculatorem reformidat; div Caec 51.

refractariolus, ungelenk, polternd: quod (Demosthenes) se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat; A II 1, 3.

refragor, widerstreben: ne refragari homini amicissimo videar; Phil XI 20. tota lex petitioni refragata est; Muren 46.

refreno, zügeln, hemmen, zurückhalten: semper magno ingenio adulescentes refrenandi potius a gloria quam incitandi fuerunt; Cael 76. cum eius animum conscientia sceleris avaritiaeque suae refrenaret; Ver III 130. ut omnium opibus (iuventus) refrenanda atque coërcenda sit; div II 4. refrenet libidines; par 33.

refrico, aufreißen, wieder erregen, erneuern, wieder ausbrechen: I. nec haec, quae refricant, hic me magis angunt; A XII 45, 1 (2). crebro refricat ‖ refricatur ‖ lippitudo; A X 17, 2. — II. vereor, ne refricem meis litteris desiderium ac dolorem tuum; ep V 17, 4. eorum dolorem oratione refricabam; de or II 199. s. desiderium. Appii vulnera non refrico; A V 15, 2. quae res forsitan sit refricatura vulnus meum; A XII 18, 1.

refrigeratio, Abkühlung: me (delectat) refrigeratio aestate; Cato 46.

refrigero, abkühlen: I, 1. quae vim habeant refrigerandi, calfaciendi; Tim 50. — 2. cum summa (stella) Saturni refrigeret, media Martis incendat; nat II 119. — II. ubi potest illa aetas umbris aquisve refrigerari salubrius? Cato 57. ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur et refrigeratur; Q Rosc 17. refrigerato iam levissimo sermone hominum provincialium; ep III 8, 1.

refrigesco, erkalten, erlahmen, bedeutungslos werden: Scaurus refrixerat; Q fr III 2, 3. Memmius plane refrixerat; A IV 17, 3. quod de Pompeio Caninius agit, sane quam refrixit; Q fr II 4 (6), 5. cum Romae a iudiciis forum refrixerit; A I 1, 2. (Caesarem) verentem, ne hasta refrixisset; ep XV 17, 2. (agraria lex) sane iam videtur refrixisse; A II 1, 6. tota res refrigescit; Q fr III 8, 4. haec tota res interpellata bello refrixerat; A I 19, 4.

refringo, erbrechen: si carcerem re*fregi*sset; Rabir 35. cum ego tanto intervallo claustra ista nobilitatis refregissem; Muren 17.

refugio, zurückweichen, fliehen, meiden: I. me [fateor semper] a genere hoc toto sermonis refugisse; de or I 99. prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit; A I 1, 4. refugio ad te admonendum; A XII 18, 1. refugit animus eaque dicere reformidat; Phil XIV 9. — II. quod (animal) refugit, id contra naturam est; nat III 33. impetum armati Antiochi ceterorumque tela atque incursum refugit; Caecin 22.

refugium, Zuflucht: regum, populorum, nationum portus erat et refugium senatus; of II 26.

refulgeo, glänzen: »fervidus ille Canis stellarum luce refulget«; nat II 114. »prior illa (Helice) magis stellis distincta refulget«; nat II 106.

refundo, zurückgießen: stellae atque omnis aether refundunt eadem et rursum trahunt indidem; nat II 118.

refutatio, Widerlegung: refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, quoniam Graece *στάσις* dicitur, appelletur Latine status; Top 93.

refuto, widerlegen, zurückweisen: quos tum ut pueri refutare domesticis testibus solebamus; de or II 2. hoc lepore atque his facetiis non minus

refutatum esse Brutum quam illis tragoediis; de or II 225. refutetur ac reiciatur Philocteteus ille clamor; Tusc II 55. nostra confirmare argumentis ac rationibus, deinde contraria refutare; de or II 80. cum sine suspicione tuae cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare; ep I 9, 25. in refutandis maledictis hominum improborum; har resp 17. quorum testimonia non refellendo, sed ad eundem impetum populi confugiendo refutasti; de or II 203. plus ego in hac causa laboris consumo in poscendis testibus quam ceteri defensores in refutandis; Font 10. vi vim oblatam ut frangeret et refutaret; Sest 88.

regalis, königlich: cuius iste donum regale de manibus regiis extorsit; Ver V 184. quoniam regale civitatis genus non tam regni quam regis vitiis repudiatum est; leg III 15. ut e civitate regalis nominis memoriam tolleret; Bru 53. habuit regalem potestatem; har resp 54. virtutem et sapientiam regalem, non progeniem quaeri oportere; rep II 24. cum de ipsa regali re publica quaerimus; rep III 47. sapientia. virtus: ſ. progenies.

regia, Königsburg: instituit officinam Syracusis in regia maximam; Ver IV 54. visum te aiunt in regia; A X 3, a, 1.

regie, königlich, despotiſch: crudeliter et regie factum esse; Catil I 30. quae regie seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius; Ver III 115.

regina, Königin: I, 1. praesto est domina omnium et regina ratio; Tusc II 47. superbiam ipsius reginae, cum esset trans Tiberim in hortis, commemorare sine magno dolore non possum; A XV 15, 2. — 2. Vocativ: ſ. II, 1. precor. — II, 1. quae recte a bono poëta dicta est „flexanima atque omnium regina rerum“ oratio; de or II 187. reginam odi; A XV 15, 2. te, Iuno Regina, precor atque quaeso; dom 144. — 2. (Gyges) reginae stuprum intulit; of III 38. — III. superbia: ſ. I 1.

regio, Richtung, gerade Linie, Grenze, Landſtrich, Gegend, Gebiet, Bezirk: I, 1. tota nostra illa aspera et montuosa et fidelis et simplex et fautrix suorum regio se huius honore ornari arbitrabatur; Planc 22. haec eadem est nostrae rationis regio et via; Ver V 181. haec regio nostrorum est cum oppidorum, tum etiam praediorum; ep XIV 18, 1. — 2. vos, mutae regiones, imploro; Balb 13. — II, 1. qui tripertitas orbis terrarum oras atque regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notavit; Sest 129. locus et regio quasi ridiculi turpitudine et deformitate quadam continetur; de or II 236. quae (iuris scientia) ea (eloquentia) repugnante vix suas regiones finesque defenderet; orat 141. bene dicere non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis saepta teneatur; de or II 5. eo (lituo) Romulus regiones direxit tum, cum urbem condidit; div I 30. habeo: ſ. definio. imploro: ſ. I, 2. propter planitiam magnitudinemque regionum, quas (Assyrii) incolebant; div I 2. noto: ſ. adiungo. nosse regiones, intra quas venere et pervestiges, quod quaeras; de or II 147. quo (lituo Attus Navius) ad investigandum suem regiones vineae terminavit; nat II 9. — 2. quod (homines) in terra, hoc est in crassissima regione mundi, conlocati sint; nat II 17. — III. quae sit ab Atto Navio per lituum regionum facta discriptio; div I 31. quarum (regionum) nulla esset ora, nulla extremitas; fin II 102. magnitudo: ſ. II, 1. incolo. propter regionis naturam et fluminis; Deiot 24. ora: ſ. extremitas. termini: ſ. II, 1. definio. — IV, 1. ut (ea pars) sit circumscripta modicis regionibus; de or II 67. singularis homo privatus vix facile sese regionibus officii magnis in fortunis continet; agr II 97. qui regionibus exclusi intra arma aliena venissent; A VIII 11, D, 4. quorum alter fines vestri imperii non terrae, sed caeli regionibus terminaret; Catil III 26. — 2. cum (luna) est e regione solis; nat II 103. locum delegit in regione pestilenti salubrem; rep II 11. intra: ſ. II, 1. novi.

regius, königlich, der Könige, unter Königen, despotiſch, tyranniſch: adiungit agros Bithyniae regios; agr II 50. eum, qui regnum teneat hoc tempore, neque genere neque animo regio esse; agr II 42. regiis annis dinumeratis; rep II 29. qui ab auro gazaque regia manus cohibere possit; imp Pomp 66. qui ad bellum Asiaticum regiumque mittatur; imp Pomp 67. ut, quem ad modum Tarquinius, totum genus hoc regiae civitatis everterit; rep II 51. si curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset; Rab Post 28. tulit haec civitas regiam istam vestram dominationem in iudiciis et in omni re publica; Ver V 175. gaza: ſ. aurum. cum esset habendus rex, quicumque genere regio natus esset; rep I 50. ſ. animus. insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit; Sest 58. omnia conficiebantur iudiciis regiis; rep V 3. ut mos est regius; Ver IV 62. excellit atque eminet vis, potestas nomenque regium; rep II 50. interfecto rege regios omnes nutus tuemur; ep XII 1, 1. uti consules potestatem haberent tempore dumtaxat annuam, genere ipso ac iure regiam; rep II 56. ſ. nomen. praefectum regium dentes eburneos e fano sustulisse; Ver IV 103. hunc Capuae Campano supercilio ac regio spiritu cum videremus; agr II 93. ita regiae virgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris; Tusc V 58. vis: ſ. nomen.

regno, königliche Gewalt haben, König ſein, herrſchen, regieren: I. regnandi contentio est; A X 7, 1. hinc in liberis civitatibus regnandi exsistunt cupiditates; of III 36. — II, 1. sapientia iubet pollere, regnare, dominari; rep II 24. — 2. Antiochum Magnum illum maiores nostri intra montem Taurum regnare iusserunt; Sest 58. modo Caesarem regnantem videramus; Phil II 108. Romulus cum septem et triginta regnavisset annos; rep II 17. in quis (equitum centuriis) regnas; ep XI 16, 3. neutri ἀκοπὸς est ille, ut nos beati simus; uterque regnare vult; A VIII 11, 2. alterum (est), quod idem (Graeci) παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in quo uno regnat oratio; orat 128. illum (regem) cohortatus sum, ut in sua vita conservanda primum regnare disceret; ep XV 2, 7.

regnum, Königtum, Königsgewalt, Herrſchaft, Despotie, Königreich, Gebiet: I, 1. quoniam haec te omnis dominatio regnumque iudiciorum tanto opere delectat; Ver pr 35. ad quem regnum huius urbis pervenire esset necesse; Catil III 9. — 2. hoc vero regnum est et ferri nullo pacto potest; A II 12, 1. — II, 1. Sp. Maelii regnum appetentis domus est complanata; dom 101. ſ. III. datum est Neptuno maritimum omne regnum; nat II 66. (Ariarathes) vult, opinor, regnum aliquod emere a Caesare; A XIII 2, a, 2. regis Alexandri testamento regnum illud populi Romani esse factum; agr I 1. quo in magistratu non institutum est videlicet a me regnum, sed repressum; Sulla 21. sin quaeris, qui sint Romae regnum occupare conati; Sulla 27. lux quaedam videbatur oblata non modo regno, quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato; Phil I 4. reprimo: ſ. instituo. qui regnum illud teneat; agr II 42. tollo: ſ. perfero. video regnum non modo Romano homini, sed ne Persae quidem cuiquam tolerabile; A X 8, 2. — 2. posse te illius regni potiri; ep I 7, 5. — 3. abuteris ad omnia atomorum regno et licentia; nat I 65. regno est expulsus Ariobarzanes rex; imp Pomp 12. non regno, sed rege liberati videmur; ep XII 1, 1. — 4. neque omnino in voluptatis

